



**Divi Thomae Aqvinatis Doctoris Angelici Opera Omnia**

Summa diligentia ad exemplar Romanæ Impreßionis restituta  
Complectens Quæstiones, Qvæ Dispvtatæ Dicvntvr, & Quæstiones  
Quodlibetales, siue Placitorum eiusdem S. Thomæ

**Thomas <von Aquin, Heiliger>**

**Venetiis, 1593**

Qvolibet IIII. Continet Quæstiones XII. Articulos vero XXIIII.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72780](#)

## QVODLIBET. IIII. ART. I. ET II.

23

**A** non dependet ex alia causa nisi ex sola Dei voluntate, unde ea quae ad principium mundi pertinet, demonstrative probari non possunt, sed sola fide tenetur propheticē per spiritum sanctū reuelata: sicut Apostolus post proximā verba subiungit, Nobis autem reuelauit Deus per spiritum sanctū. Est autem valde caudum, ne ad ea quae fidei sunt, alias demonstrationes adducere presumat propter duo. Primo quidem, quia in hoc derogat excellētiae fidei, cuius veritas omnem rationem humanae excedit secundum illud eccl. 3. Plurima sunt prae sensu hominis ostenta sunt tibi: quae autem demonstrative probari possunt, ratione humanae subduntur. Secundū, quia cum plurimique tales rationes fruolas sint, dant occasionem irrisio[n]is infidelibus, dum putant quod propter rationes huiusmodi, his quae sunt fidei assentiamus, & hoc expresse appetit in rationibus hic inductis, quae deribiles sunt, & nullius momenti.

Quod enim primo dicitur de cerco paschali, non haber robur, nisi auctoritatis probare autem per auctoritatem, non est demonstrative probare, sed fidem, vel opinionem facere: & tamen multo esset validior auctoritas sacre scripturae, quam beatissimis paschalibus cerei, p[ro]pter ceterum cum sine astrictione annorum mundi cereus paschalis benefici possit. Non enim est de necessitate paschalibus cereis talis rationis. Unde in multis terris non est consuetudine, quod aliquid cereo ascribatur.

Quod etiam secundo opponitur, derisibile est: non enim ex crescentia annorum lunarium ad soles computantur ab initio mundi, sed ab aliqua determinata radice, puta, ab aliqua oppositione solis & luna, vel ab aliqua coniunctione, vel ab aliquo huiusmodi, sicut est in omnibus aliis computationibus astronomicis.

## INCIPIT QVODLIBET QVARTVM.

### QUESTIO PRIMA.

**V**AESITVM est de rebus diuinis & humanis.  
 ¶ Circa res diuinas quæsitus est.  
 ¶ Primo, De essentialibus.  
 ¶ Secundo, De personalibus.  
 ¶ Circa essentialia quæsitus est.  
 ¶ Primo, De scientia Dei.  
 ¶ Secundo, De eius potentia.

### ARTICVLVS PRIMVS.

Vtrum in Deo sint plures ideæ.

**C**IRCA scientiam quæsitus est, utrum in Deo sint plures ideæ, & ut quod sic. Dicitur, Auli. 83. q. quod Deus singula propriis rationibus creavit, & alia ratione hominem, & alia ratione equum: sed rationes rerum in mente diuina discutit ideæ, ut patet per Aug. ibidem. ergo sunt plures ideæ.

¶ Præter Secundum hoc sunt aliqua distinctiona, quod Deus eorum distinctionem cognoscit: cognoscit autem eorum distinctionem in seipso. ergo distinctionum rerum sunt in Deo plures & distinctiones ideæ.

**S**ED CONTRA. O[n] nomen quod in diuinis dicitur, aut est essentialie ut Deus, aut personale ut pater, aut notionale ut generans: sed hoc nomen idea neque est personale, neque notionale, quia non conuenient.

**A**ret tribus personis. ergo est nomen essentialie: sed nullum essentialie multiplicatur in diuinis. ergo non possumus dicere quod in Deo sint plures ideæ.

**R**ESON. Dicendum, quod duplex est pluralitas. vna quidem est pluralitas rerum, & secunda hoc non sunt plures ideæ in Dico. Nominat enim idea formam exemplarem. Est autem una res quae est omnium exemplarum. I. diuina essentia, quam omnia imitantur, in quantum sunt, & bona sunt. Alia uero pluralitas est secundum intelligentiam rationem, &

**B**secundum hoc sunt plures ideæ: licet enim omnes res in quantum sunt, diuinam essentiam imitentur, non tamen uno & eodem modo. omnia imitatur ipsam: sed diuersimode, & secundum diuersos gradus. Sic ergo diuina essentia secundum diuersos respectus, quos res habet ad ipsam, ea diuersimode imitantur: huiusmodi autem respectus non solum intelliguntur ab intellectu creato, sed etiam ab intellectu increato ipsis Dei. Scit. n. Deus & ab eterno scivit, quod diuersæ creature diuersimode essent eius essentiam imitatur, & per hoc ab eterno fuerit in mente diuina plures ideae, sicut rationes propria rerum intellectæ in Deo. Hoc enim significat non men ideæ, ut sit s. quæ s. forma intellecta ab agente, ad cuius similitudinem exterius opus producere intendit, sicut edificator in mente sua p[ro]cinctus formam domus, quæ est quasi idea domus in materia sciebat.

**A**D PRIMUM ergo dicendum, quod Augustinus intelligit eis aliam & aliam rationem secundum diueritatem respectuum, ut dictum est.

**A**D II. dicendum, quod cum dicitur, Secundum hoc res sunt distinctiones, prout Deus carum distinctiones cognoscit, haec locutio est duplex: quod enim dicitur, secundum quod Deus cognoscit, potest referri ad cognitionem diuinam ex parte cogniti, vel ex parte cognoscens. Si ex parte cognoscens, sic uera est locutio: est enim sensus, quod hoc modo res sunt distinctiones, sicut Deus cognoscit eas, sive distinctiones. Si uero referatur ad cognitionem ex parte cognoscens, sic locutio falsa est: erit enim sensus, quod res cognitæ illum modum distinctionis habent in intellectu diuino, quem habent in seipso: quod falsum est, quia in seipso res sunt diuersæ essentiæ, non autem in intellectu diuino, sicut est res in seipso sunt materialiter, in intellectu autem diuino immaterialiter, & in hoc ultimo sensu procedebat obiectio.

**A**D III. dicendum, quod ratio illa procedit de plureitate reali, talis enim pluralitas in nominibus essentialibus non inuenitur, sed folium pluralitas quæ est secundum intelligentiam rationem.

### QUESTIO II.

**D**E INDE quæsitus est de pertinentibus ad portentiam Dei.

¶ Et primo, Vtrum in Deo sit uirtus.

¶ Secundo, De quodam effectu diuinæ uirtutis, utrum aqua sint super calos.

¶ Tertio, Ad quod uirtus diuina se extendere possit.

### ARTICVLVS II.

Vtrum in Deo sit uirtus.

**A**D PRIMUM sic proceditur. Videtur quod in Deo non sit uirtus, quia ut Phil. dicit in 1. de caelo.

¶ P.Q. 2. 2. 1. 2. & cetera.

1. 6. 93. q. 4.

### QVODLIBET. III. ART. III.

tex. cor. 16 **cælo.** Virtus est ultimum potentiae: sed diuina pot  
tentia non habet ultimum, cum sit infinita. ergo  
in Deo non est virtus.

**SED CONTRA.** Omne immediatum operationis principium, virtus est. Operatio ejus omnis a vir  
tute aliqua procedit: sed in Deo est aliquid imme  
diatum operationis principium, quia Deus imme  
diata aliqua operatur: ergo in Deo est virtus.

**RESPON.** Dicendum, quod virtus qualitercum  
accipiat, significat potentie complementum: &  
inde est, quod virtus vni cuiusque rei est quo bo  
num facit habentem, & opus eius bonum reddit,  
ut dicitur in 2. eth. Tunc enim ostenditur potentia esse  
completa, quando & agens est perfectum, & actio  
perfecta. Cum ergo potentia Dei sit maxime com  
pleta, potissimum in Deo virtus invenitur: unde dicitur  
Sap. 12. Virtutem ostendis tu, qui non crederas in  
virtute consummatus. & in psal. 146. Magnus do  
minus, & magna virtus eius.

**AD PRIMUM** ergo dicendum, quod quandoque  
virtutes notificantur non per aliquod quod de vir  
tute essentialiter predicitur, sed per id, ad quod vir  
tus ordinatur: ab eo enim speciem habet, sicut Au  
gustus dicit, quod fides est credere quod non uides.  
Credere enim non est ipsa fides, sed actus, ad quae  
fides ordinatur. & hoc modo philosophus diffi  
nit uirtutem cum dicit, quod uirtus est ultimum  
potentie, quia si uirtus rei attenditur in ordine ad  
hoc, in quod ultimo potest, sicut uirtus eius q. pote  
ferre centum libras, ut ipse ibidem dicit, non con  
sistit in hoc ut ferat decem: sed in hoc quod ferat  
illud ultimum, in quod ultimo potest, scilicet centum. Sic  
ergo virtus cuiuslibet rei non attenditur in uno co  
rū qua potest, sed respectu totius quod potest. Vir  
tus ergo diuina non potest attendi secundum ali  
quod unum opus ipsius, quia nullum opus ei⁹ est  
quod adaequat eius uirtutem, ut Deus amplius fa  
cere non possit, sed uirtus eius attenditur in omni  
in quod potest, hoc autem est infinitum, quia si Deus  
infinita facere potest, unde & uirtus Dei est infini  
ta, & hoc est ultimum ei, infinita potest, sicut uirtu  
ti finita est ultimum, aliqua determinata potest.

### ARTICVLVS III.

Vtrum aquæ sint super cælos.

s. 140. & i.p.  
q. 66. 21. 2. o. **A**D SECUNDVM sic proceditur. Videtur, quod  
aqua habentes ueram speciem aquæ elementar  
is super cælos existant. Homo enim dicitur minor  
mūdus propter similitudinem quam habet cum  
mundo maiori: sed uidemus quod in corpore hu  
mano supponitur cerebro, quod habet naturam  
aque, cordi, quod habet proprietatem ignis, in qua  
est fons naturalis caloris. ergo etiam in mun  
do maiori aqua supponitur aliis elementis, & haec  
ratio uidetur Aug. in 12. de ciu. Dei, ubi dicitur de qui  
busdam, q. p. oderibus elementorum mouentur. &  
ideo non putandum aquarū fluidam grauenque  
naturam in superiorib. mundi locis potuisse consti  
tuī, q. s. rationes suas, si ipsi homini facere potui  
sent, non ei puitur, quod græce slegma dr. & tā  
quam in elementis corporis nostri aquarum uice  
obtinet, in capite ponenter.

**SED CONTRA.** Partes mundi sunt optime &  
ordinatissime dispositæ s. m. suam naturam: sed id  
quod habet speciem aquæ, naturaliter est pondero  
sum, & ita naturaliter subdit corporibus leuis  
aci, & igni. non ergo aliquid habens ueram spe  
ciam aquæ, supra cælos existit:

**RESPON.** Dicendum, quod in sacra scriptura;

que mentiri non potest, exprefie dicitur, aquas et  
se supra cælum. Dicitur enim Gen. 1. quod dimis  
aquas quæ sunt sub firmamento ab aquis, quæ sunt  
supra firmamentum. & in psal. 148. dicitur, Aquæ q. s.  
super cælos sunt, laudent nomen Domini. & idco  
sicut Au. dicitur 2. super Gen. ad literam. Quoquo  
modo, uel qualecumque aquæ ibi sunt, esse uices  
minime dubitemus. Maior gressus est scriptura hu  
ius autoritas, quæ omnis humani generis capaci  
tas: sed sicut Aug. 1. ciuidem libri dicit. Turpe est  
nimis & perniciuum, atque maxime caudum, ut  
Christianum de his rebus, scilicet naturalibus, quasi  
secundum Christianas literas loquentem ita deira  
re quilibet infidelis audiat, vt quemadmodum di  
citur toto cælo errare conspicies, risum tenetrix  
posit, & non tam molestem est quod errans lo  
derideretur, sed q. authores nostri ab eis qui sunt  
sunt, talia sensisse creduntur, & cum magno coru  
exitio, de quorum salute satagimus, tanquam in  
docti reprehenduntur atque repudiantur, & si fecer  
ipse subiugit multiplices expositiones ipse posuit in  
verbis Genesis, ut si accipiat una explicatione, q. d.  
teri expositione non prejudget, q. forte melior  
est. Sic ergo quod dicitur de aqua supra cælos ex  
istentibus, multipliciter intelligi potest. Namodo,  
ut per firmamentum, vel per cælos non inelli  
gamus firmamentum, vel cælum, in quo fluvia  
ra, sed aere, in quo aues volant, supra  
quem aere aqua vaporabiliter eleuantur, & em  
pliuntur genera fructu: & de hac explicatione dicit  
Aug. in 2. super Gen. ad literam. Hanc considera  
tionem dignissimam iudico. Quod enim dicitur,  
neque contra fidem est, & in promptu positum do  
cumento credi potest. Si autem per firmamentum  
vel cælos intelligatur firmamentum, vi sunt fide  
ra posita, si scientiam est, quod de hoc immenso  
diverse opiniones fuerunt. Quicquid enim posuerit  
firmamentum illud ex quatuor elementis compo  
situm, quæ videtur esse positio Empedoclis, & feci  
dum hoc nihil prohibet dicere, supra hoc coi  
sideremus, ut aquas elementares tamquam simpli  
ciores, & super eas etiam ignem, a quo vocet cælo  
empireum. Aliorum autem positio est, q. cælo vel  
sit ignea natura sicut posuit Plato, vel non sit den  
tura quatuor elementorum, sed habens altiorum na  
turam, sicut posuit Aris. Vt troque istorum supposi  
tio inconveniens uidetur supra firmamentum illud  
aqua elementarem materialiter esse dispositam.  
Nunc n. sicut Aug. dicit in 2. super Gen. Quemad  
modum Deus intulerit naturas terrenas nos con  
uenit querere, nunquid in eis, vel ex eis mitacul  
potentiae sua uelut operari, sed in aliisque aqua  
supra huiusmodi firmamentum posuisse possumus.  
Vno modo, ut per aquas intelligamus totam ma  
teriam corporalem, sicut accipitur in principio Ge  
ne. secundum explicationem Aug. & idem sed  
hunc intellectum non est aliud dicere, quia aliquid  
de materia corporali super hos cælos existere, &  
hoc est dictis philosophorum modernorum non di  
scordar, qui ponunt supra octauam sphaeram, in qua  
sunt stelle, aliam sphaeram, in qua nulla stella, & hic  
explicationem ponit Aug. super Gen. contra Ma  
nichæos. Alio modo potest dici, q. s. cælo em  
pyreum dicitur ignem, non quia habeat speciem  
ignis, sed propter splendorem: ita aquæ super ce  
los dicuntur, non quia habent speciem aquæ, sed  
quia habent diaphanitatem ad modum aquæ, ut

sic

**S**ic supremum cælum secundum quod emperium dicitur, sic totum splendidum; secundum autem quod aequum, sic totum diaphanum; tertium autem cælum quod dicitur syderum, sic patrum lucidum, partum diaphanum. Sic ergo secundum quancumque opinionem potest veritas facie scripture salvare diuerummodo. Unde non est coartandus sensus scripturae ad aliquod horum.

Ad PRIMUM ergo dicendum, quod homo assimilatur maiori mundo quantum ad aliquid, in quantum constat ex corporali, & spirituali natura, sicut & totum uniuscuius, non tamen quantum ad omnia assimilatur uniuscuius. Ordo enim partium in homine non est secundum quod exigunt eorum natura, sed prout exigunt ratio nis. Ponitur n. cor in medio, ut ex eo diffundantur operationes uite de facili per totum corpus. Cerebrum autem ponitur in supremo, ut operationes animalibus quæ ibi quodammodo perficiantur, non impediatur per diuersas corporis transmutaciones: sicut etiam ordinem naturaliem cognitibilium, sed quo ad nos. Augustinus autem non inducit hoc assertendo, sed obviando his qui scripturam praeinterpretantur,

Q U E S T I O N I I .

**D**E N D E considerandum est de his, ad quæ dī  
uina potentia se extendere potest.

**¶** Et circa hoc quatuoruntur duo.

¶ Primo, Vtrum Deus possit aliquid in nihilum redigere.  
¶ Secundo, Si aliquid esset in nihilum redactum,

**ARTICVLVS. III.**

*Vtrum Deus possit aliquid in nihilum redigere.*

**A**D PRIMUM sic proceditur. Videtur, quod Deus posuit aliquid in nihilum redigere. Aequalis enim est distantia non entis ad ens, & entis ad non ens: sed Deus potest ex nihilo aliquid facere, ergo Deus potest ex aliquo facere nihil.

SED CONTRA. Deus non potest esse causa defectiva: sed causa quia facit rendere in non esse, est causa defectiva. ergo Deus non potest redigere ali quid in nihilum.

RESPON. Dicendum, quod de potentia Dei du  
pliciter loqui possumus. Vno modo, absolute co  
nsiderando eius potentiam. Alio modo, considera  
ndo ipsam in ordine ad sapientiam, vel præscientiam  
suam. Loquendo ergo absolute de Dei potentia,  
sic Deus potest uniuersitatem creaturam redigere in  
nilulum, cuius ratio est, quia creatura non solum  
productum in esse Deo agente, sed et per actionem  
Dei conseruat in esse, secundum illud ad Hebr.  
1. Portans omnia herbo uirtutis sua. Vnde Augu  
stini 4. super Gene. ad literam, quod iuris Dei  
aliiquid ab eis, que creatuam fuit, regendis cessaret,  
simil et illorum cessaret species, omnique natu  
ra concideret. Si autem Deus propria voluntate  
agit, et non ex necessitate naturae ad rerum produ  
ctionem, ita erit ad earum conseruationem, &  
ideo potest subtrahere suam actionem a rebus co  
seruandis, et hoc ipso omnia in nilulum decide  
rent. Si uero loquamus de potentia Dei in ordine  
ad eius sapientiam & præscientiam, sic non potest  
fieri quod res in nilulum redigatur, quia non ha

ber hoc diuina sapientia. Creavit n. Deus ut essent omnia, ut dicitur Sap. i. non ut in nihil cederent.  
AD PRIMVM ergo, concedimus SECUNDUM qd procedit de potentia absoluta.

**A**D SECUNDVM dicendum, quod *causa defectus*, alius potest esse aliquid dupliciter. Vno modo, ex propria intentione, sicut cum aliquid subtrahatur lumen causat tenebras, & hoc modo non oportet quod sit causa defectiva illud quod cauferet defectum. Sic autem Deus potest esse alius defectus causa, vel excitationis, vel obdignationis, vel eiā annihilationis, si vellet. Alio modo, aliquid potest esse causa defectus præter intentionem, & sic semper oportet quod causa defectus sit defectiva, quia ex defectu agentis contingit, & non inducat perfectionem in suo effectu, & hec Deus nullo modo potest esse causa defectus, vel tendenti in non esse,

**ARTICVLVS V.**

*Vtrum Deus reparare posse idem numero, quod in nihilum est redactum.*

**C**irca secundum sic proceditur. **V**erum Deus non posuit id quod in nihilum redactum est; idem numero reparare. Dicit enim Philo in 2. de generatione, quod ea, quorum substantia corruptiatur, non reiterantur eadem numero; sed eorum que in nihilum rediguntur, substantia corruptiatur, ergo eadem numerica iterum non possunt.

**SED CONTRA** est, quod Augustinus dicit de ciu. Dei,  
Si caro humana omnibus periret modis, nec ulla  
ciuius materies in villis latebris remansisset, vnde, si vel-  
let, eam reparare omni potestate, sed nulla materia re-  
manente de corrupta, quod corrumpitur, in nihil  
reducitur, ergo Deus id quod in nihilo est re-  
creans potest idem numero reparare.

P. **D**ifferentia est causa numeri, sicut Damas dicit nisi nihil non facit aliquam differentiationem, quia non entis non sunt species & differentiae secundum Philo ergo id quod reparatur a Deo, potest esse unum & idem numero, quamvis in nihilum fuerit redactum.

RESPON. Dicendum quod in his quod in nihilum rediguntur possunt, est quodam differentia attendenda. Quodam enim sunt, quorum unitas in sua ratione durationis continuatatem, sicut patet in motu & tempore: & ideo interruptio talium indirecte contrariatur unitati eorum secundum numerum. Ea vero quae contradictionem implicant, non continent sub numero Deo possibilium, quia deficient a ratione entis: & ideo si huiusmodi in nihilum redigantur, Deus ea non potest eadem numero reparare. Hoc nescit facere contradictionia simul esse vera, puta si motus interruptus esset unus. Alia vero sunt quorum unitas non habet in sua ratione continuatatem durationis, sicut unitas rerum permanentium nisi per accidens, in quantum eorum esse subiectum est motui. Sic enim & mensuratur huius tempore, & eorum esse est unum & continuum in unitatem & continuitatem temporis. Et quia naturale agens non potest ista producere sine motu, inde est quod naturale agens non potest huiusmodo in reparare eadem numero, si in nihilum redacta fuerint, vel si fuerint secundum substatim corrupta: sed Deus potest reparare haec & sine motu, quia in eius potestate est quod producat effectus sine causis medijs, & ideo potest eadem numero reparare, etiam si in nihilum clapsa fuerint.

Vnde

QVODLI BET. I.H. ARTIC. VI. VII. ET VIII.

Vnde pater responsio ad primum & secundum.

**A**D SECUNDVM dicendum, quod nihilum non est differentia alicuius entis, si per hoc quod alijs reducatur in nihilum, interrumptur continuatio essendi, que pertinet ad unitatem motus, & eorum quae consequuntur ad motum.

Q V A E S T I O . I I I I .

**D**EINDE quæsumus est de personalibus, quæ pertinent ad personam filii.

¶ Primo, Quantum ad naturam diuinam.

¶ Secundo, Quantum ad naturam assumptam.

¶ Circa primum quæsta sunt duo.

¶ Primo, Vtrum pater eodem verbo dicat se, & creaturam.

¶ Secundo, Vtrum filius sua filiatione distinguatur a spiritus sancto.

ARTICVLVS VI.

Vtrum pater eodem verbo dicat se, & creaturam.

**A**D PRIMVM sic proceditur. Videtur quod pater non eodem verbo dicat se, & creaturam. Dicere enim se sibi patri conuenit, ut Aug. dicit. de trin. sed dicere creaturam conuenit toti trinitati, ea non quæ important respectum ad creaturam toti trinitati conueniunt, ut pater per Dion. 2.c. de diu. nom. ergo pater non eodem verbo dicat se, & creaturam:

¶ Præt. Creatura procedit a Deo per modum voluntatis, filius autem qui est verbum quo pater dicit seipsum, procedit a Deo per modum naturæ, quia ut Hilar. dicit in libro de synodis. Omnibus creaturis substantiam voluntatis Dei attulit: filio autem naturam dedit naturitas. ergo non est idem verbum quo pater dicit seipsum, & quo dicit creaturam.

**S**ED CONTRA est, quod Aug. dicit secundo super Gene. ad literam, Quod dixit, & facta sunt. id est verbum genuit, in quo erat in fieri creatura: sed verbum genuit dicens seipsum. ergo idem est verbum quo dicit seipsum, & quo dicit creaturam.

**R**ESPON. Dicendum, quod sicut Augustus dicit. de trin. verbum Dei representatur aliquatenus per verbum nostri intellectus, quod nihil est aliud, quam ad acceptio actualis nostræ iustitiae: cum enim id quod scimus actu considerando concipiamus, hoc verbum nostri intellectus est, & hoc est quod verbo exteriori significamus: sed quia nos non totum id quod habitu scimus, actu mente concipiimus, sed de uno intelligibili mouemur ad aliud, inde est quod in nobis non est unum solum verbum mentale, sed multa, quorum nullum adequare nostram scientiam, sed Deus quicquid scit, actu intellegit: & ideo in mente eius non succedit verbum verbo. Et sicut eadem scientia scit se, & omnia alia, ita est eodem verbo exprimit seipsum, & oia alia: nec est eius verbum perfectum, ut Au. in eodem lib. dicit, si aliquid minus est in eius verbo, quæ in eius scientia: vnde quicquid pater scit, totum unico suo verbo dicit, & sic necesse est quod idem verbum sit quo dicit seipsum, & quo dicit creaturam.

**A**D PRIMVM ergo dicendum, quod dicere, si proprium sumatur, est producere verbum quod sibi patri conuenit: & iō si dicere in diuinis propriis summa-

tur, solus pater dicit, quia solus ipse generat verbum. Hoc enim verbo exprimitur quicquid tota trinitas scit, quia trium personarum est una scientia, & ex hac ratione verbum importat respectu ad creaturam in quantum est expressio quædam scientie, quam pater communiter habet cum aliis personis de creatura.

**A**D SECUNDVM dicendum, quod aliud est verbum, & id quod dicitur verbo, hoc n. verbo quod est lapis, significatur res quæ non est verbum, sed corpus: unde nihil prohibet creaturam procedere a Deo per modum voluntatis: verbum autem quod dicitur creatura, per modum nature.

ARTICVLVS VII.

Vtrum filius distinguatur filiatione a spiritu sancto.

**C**IRCA secundum sic proceditur. Videntur filius distinguatur filiatione a spiritu sancto. Eodem enim modo aliquis constituitur, & ab alio distinguatur: sed persona filii constituitur filiatione, quæ proprietates est personalis, id est conlinues personam filii. ergo filiatione distinguatur a spiritu sancto.

**S**ED CONTRA est, quod Boet. dicit in lib. de deo. sola relatio in diuinis multiplicat trinitatem & Anselm. dicit in lib. de processione spiritus sancti, quod ibi solum distinguuntur personæ diuinae, ubi occurrunt relationes oppositio: sed filius non opponit relationem spiritus sancto filiatione, sed solum patri, ergo filius non distinguatur filiatione a spiritu sancto, sed solum a patre.

**R**ESPON. Dicendum, quod hoc modo se habet proprietas personales in diuinis ad distinguendum personas, sicut se habent in rebus naturalibus, formæ substantiales ad distinguendas species rerum, sicut tamen quod a creaturis exempla Deum assumpta non omnino similia sunt. In rebus autem naturalibus distinguuntur aliquid per formam sibi ab alio dupliciter. Vno modo, secundum directam oppositionem formæ ad formam, & hoc modo distinguuntur unaquæque res naturalis ab omnibus speciebus sui generis, quæ habent formas oppositas, secundum quod genus diuini dicitur oppositis difficiiliis, sicut saphirus distinguatur sua forma ab omnibus aliis speciebus lapidum. Alio modo distinguuntur res naturalis per suam formam secundum habere & non habere, & hoc modo quod habet aliquam formam naturalem, distinguuntur ab omnibus non habentibus formam illam, sicut saphirus per suam formam naturalem distinguatur non solum ab aliis generibus lapidum, sed a speciebus animalium & plantarum. Sic ergo dicendum, quod filius sua filiatione distinguatur quidem a patre secundum oppositionem relativa filiationis paternitatem, sed a spiritu sancto distinguatur filiatione, per hoc quod spiritus sanctus non habet filiationem, quam filius habet.

Et per hoc pater responsio ad obiecta.

Q V A E S T I O . V.

ARTICVLVS VIII.

Vtrum corpus Christi in cruce, & in sepulcro sit unum numero.

**D**EINDE quæsumus est de filio quanti ad natum ram assumptam, & circa hoc qualiter est, ut sit unum numero corpus, Christi affixus cruci, & uincens

QVOLIBET. MIL ART. IX. & X.

**A**iagens in sepulcro. & videtur q̄ non, quia quæcunque differunt specie, differunt numero: sed corpus Christi appensum in cruce, & iacens in sepulcro, differt specie eo modo, quo mortuum & viuum differunt specie. ergo non est vnum & idem numero.

**SED CONTRA.** Quæcunque sunt vnum & idem supposito, vel hypostasi, sunt vnum & idem numero: sed corpus Christi iacens in sepulcro, & appensum cruci, est vnum & idem supposito, sive hypostasi, quia hypostasis verbi Dei numquam separata est ab eius corpore. ergo corpus Christi est vnum & idem numero appensum cruci, & iacens in sepulcro.

**RESPON.** Dicendum, q̄ circa hoc cauenda sunt duæ damnatae hæreses, quarum una est Ariana, qui cum ponenter Christum animatum non habuisse, sed uerbum fuisse corpori loco anima, per consequens posuerunt q̄ verbum separatum est in morte & corpore, sicut manifeste patet in quadam sermoni Ariarianorum, contra quem Augustinus disputat. Alia uero est hæresis Galanicarum, quæ fuit in sexta synodo damnata, qui cum ponenter unam naturam compositam ex diuinitate & humanitate, posuerunt illam natum simpliciter incorruptibilem, & ita posuerunt corpus Christi simpliciter incorruptum nō solum corruptione putrefactionis, quod fides catholica teneret, secundum illud Pſal. 15. Non dabis sanctum tuum uidere corruptionem, sed etiam corruptionem quæ pertinet ad rationem mortis, quod est impium, ut patet per Damasc. in 3. lib. Sic ergo ad excludendum primam hæresim oportet nos ponere identitatem secundum suppositum in corpore Christi appenso cruci, & posito in sepulcro. Ad excludendum uero secundam hæresim, oportet nos ponere ueram differentiam mortis & uite: sed quia prima unitas maior est quam secunda differentia, dicendum est q̄ est idem numero corpus Christi appensum cruci, & iacens in sepulcro.

**AD PRIMUM** ergo dicendum, q̄ ratio illa non te net in corpore Christi proper unitate hypostasis.

QVÆSTIO VI.

**D**EINDE quæstum est de rebus humanis.  
¶ Et primo, De gratia.  
¶ Secundo, De sacramentis.  
¶ Tertio, De actibus humanis.

ARTICULUS IX.

Vtrum Deus semper faciat nouam gratiam.

**C**IRCA primum quærebatur, utrum Deus semper faciat nouam gratiam, & uidetur q̄ sic. Aug. enim 8. super Gene. ad literam comparat infusionem gratiae illuminationem. Sicut, inquit, aer praesente lumine non factus est lucidus, sed fit, quia si factus esset, non fieret, sed etiæ absente lumine lucidus maneret, sic homo Deo praesente illuminatur, absente autem tenebratur, a quo non locorum interuersus, sed uoluntatis auctorise disceditur: sed sol semper facit nouum lumen in aere. ergo Deus semper facit nouam gratiam in anima.

**SED CONTRA.** Nobilioris creaturæ nobilius est esse: sed gratia est nobilissima creaturæ, quia est perfectio naturæ rationalis creatæ. ergo eius esse est nobilissimum. non ergo durat solum in momento, & ita non semper Deus facit nouam gratiam.

**R**ESPON. Dicendum, q̄ duplex est actio. Quædam quæ sit cum motu, & talis actio semper est cuī aliqua innouatione, quia semper in motu aliquid fit, & aliquid desinit esse in quantum acceditus ad terminum, & acceditur a termino: & propter hoc Philo, dicit in 8. Phy. q̄ in omni motu est quodam Tex. cō. 56. modo fieri, & corrupti. Alia autem actio est, quæ est sine motu per simplicem communicationem forma, in quantum s. agens suam similitudinem imprimat recipienti disposito, & talis actio in principio quidem est cum innouatione, secundum qd de novo acquiritur forma in subiecto: sed continuatio ipsius actionis sicut nullum habet motum adiunctum, sed simplicem influxum, sive communicationem, ita etiam nullam habet innouationem, & hoc modo causatur gratia a Deo in anima.

**B**Vnde dicendum est, q̄ quandiu durat gratia in anima, Deus in anima operatur causans eam, non tamē ita, q̄ faciat semper nouam gratiam, & quod singulis momentis existens corruptatur: sed quia eadem gratiam quam primo infudit, semper operatur in anima conseruans ipsam, quod quidem difficile est ad intelligendum non valentibus abstractare considerationem suam ab actionibus, quæ sunt cum motu, in quibus semper aliquid innovatur, ut dictum est.

**C**AD PRIMUM ergo dicendum, quod lumen semper fit in aere, quia semper actione solis illuminantur conservatur, nō quod semper fiat aliud, & aliud lumen.

QVÆSTIO VII.

**D**EINDE quæstum est de sacramentis gratiae.  
¶ Et primo, De sacramento penitentiae, utrum per absolutionem sacerdotis remittatur culpa.  
¶ Secundo, De sacramento matrimonii, utrum vir possit accipere crucem, si timeatur de incontinentia uxoris non valentis virum sequi.

ARTICULUS X.  
Vtrum per absolutionem sacerdotis culpa remittatur.

**D**AD PRIMUM sic procedebatur. Videtur q̄ per a. di. 15. q. 1. absolutionem sacerdotis culpa remittatur. Dicit enim Hugo de sancto Victore in libro de sacramentis, q̄ sententiam Petri sequitur sententia coeli: sed sententia coeli est de remissione culpa, ergo remissio culpa sequitur per sententiam Petri, quæ est sacerdotis absoluens.

**¶ 3** Præt. Sacra menta sunt medicinae contra peccata: sed per medicinam sanantur vulnera, vel ægriti dines. ergo agritudo, vel vulnus peccati sanatur per sacramentum penitentiae: sed sacramentum penitentiae consummatur in hoc, quod dicit, Ego te absoluo, sicut sacramentum baptismi in hoc, q̄ dicit, Ego te baptizo. ergo per absolutionem sacerdotis dimittitur culpa.

**SED CONTRA** est, q̄ per solam contritionem dimittitur peccatum, secundum illud Pſal. 31. Dixi, confitebor aduersum me iniusticias meas Domino, & tu remisisti impietatem peccati mei: sed contritione præcedit absolutionem sacerdotis, quia sacerdos nō debet aliquem absoluere, nisi æstimet eum contritum. ergo remissio culpa præcedit absolutionem sacerdotis. non ergo per absolutionem sacerdotis culpa remittitur.

**R**ESPON. Dicendum, q̄ sacramenta dupliciter operantur. Vno modo, secundum quod exhibetur in actu, alio modo secundum, qd habetur in voto, & Quodlib. S. Tho. D hoc

QVODLI BET. IH. ARTIC. VI. VII. ET VIII.

Vnde pater responsio ad primum & secundum.

**A**D SECUNDVM dicendum, quod nihilum non est differentia alicuius entis, si per hoc quod aliis reducatur in nihilum, interrumptur continuatio essendi, que pertinet ad unitatem motus, & eorum quae consequuntur ad motum.

Q V A E S T I O . I I I I .

**D**EINDE quæsumus est de personalibus, quæ pertinent ad personam filii.

¶ Primo, Quantum ad naturam diuinam.

¶ Secundo, Quantum ad naturam assumptam.

¶ Circa primum quæsta sunt duo.

¶ Primo, Vtrum pater eodem verbo dicat se, & creaturam.

¶ Secundo, Vtrum filius sua filiatione distinguatur a spiritus sancto.

ARTICVLVS VI.

Vtrum pater eodem verbo dicat se, & creaturam.

**A**D PRIMVM sic proceditur. Videtur quod pater non eodem verbo dicat se, & creaturam. Dicere enim se filii patri conuenit, ut Aug. dicit. de trin. sed dicere creaturam conuenit toti trinitati, ea non quæ important respectum ad creaturam toti trinitati conueniunt, ut pater per Dion. 2.c. de diu. nom. ergo pater non eodem verbo dicat se, & creaturam:

¶ Præt. Creatura procedit a Deo per modum voluntatis, filius autem qui est verbum quo pater dicit seipsum, procedit a Deo per modum naturæ, quia ut Hilar. dicit in libro de synodis. Omnibus creaturis substantiam voluntatis Dei attulit: filio autem naturam dedit naturitas. ergo non est idem verbum quo pater dicit seipsum, & quo dicit creaturam.

**S**ED CONTRA est, quod Aug. dicit secundo super Gene. ad literam, Quod dixit, & facta sunt. id est verbum genuit, in quo erat in fieri creatura: sed verbum genuit dicens seipsum. ergo idem est verbum quo dicit seipsum, & quo dicit creaturam.

**R**ESPON. Dicendum, quod sicut Augustus dicit. de trin. verbum Dei representatur aliquatenus per verbum nostri intellectus, quod nihil est aliud, quam ad acceptio actualis nostræ iustitiae: cum enim id quod scimus actu considerando concipiamus, hoc verbum nostri intellectus est, & hoc est quod verbo exteriori significamus: sed quia nos non totum id quod habitu scimus, actu mente concipiimus, sed de uno intelligibili mouemur ad aliud, inde est quod in nobis non est unum solum verbum mentale, sed multa, quorum nullum adequare nostram scientiam, sed Deus quicquid scit, actu intellegit: & ideo in mente eius non succedit verbum verbo. Et sicut eadem scientia scit se, & omnia alia, ita est eodem verbo exprimit seipsum, & oia alia: nec est eius verbum perfectum, ut Aug. in eodem lib. dicit, si aliquid minus est in eius verbo, quam in eius scientia: vnde quicquid pater scit, totum unico suo verbo dicit, & sic necesse est quod idem verbum sit quo dicit seipsum, & quo dicit creaturam.

**A**D PRIMVM ergo dicendum, quod dicere, si proprie sumatur, est producere verbum quod soli patris conuenit: & iō si dicere in diuinis propriis summa-

tur, solus pater dicit, quia solus ipse generat verbum. Hoc enim verbo exprimitur quicquid tota trinitas scit, quia trium personarum est una scientia, & ex hac ratione verbum importat respectu ad creaturam in quantum est expressio quædam scientie, quam pater communiter habet cum aliis personis de creatura.

**A**D SECUNDVM dicendum, quod aliud est verbum, & id quod dicitur verbo, hoc n. verbo quod est lapis, significatur res quæ non est verbum, sed corpus: unde nihil prohibet creaturam procedere a Deo per modum voluntatis: verbum autem quod dicitur creatura, per modum nature.

ARTICVLVS VII.

Vtrum filius distinguatur filiatione a spiritu sancto.

**C**IRCA secundum sic proceditur. Videntur filius distinguatur filiatione a spiritu sancto. Eodem enim modo aliquis constituitur, & ab alio distinguitur: sed persona filii constituitur filiatione, quæ proprietates est personalis, id est conlinues personam filii. ergo filiatione distinguatur a spiritu sancto.

**S**ED CONTRA est, quod Boet. dicit in lib. de deo. sola relatio in diuinis multiplicat trinitatem & Anselm. dicit in lib. de processione spiritus sancti, quod ibi solum distinguuntur personæ diuinae, ubi occurrunt relationes oppositio: sed filius non opponit relationem spiritus sancto filiatione, sed solum patrem, ergo filius non distinguatur filiatione a spiritu sancto, sed solum a patre.

**R**ESPON. Dicendum, quod hoc modo se habet proprietas personales in diuinis ad distinguendum personas, sicut se habent in rebus naturalibus, formæ substantiales ad distinguendas species rerum, sicut tamen quod a creaturis exempla Deum assumpta non omnino similia sunt. In rebus autem naturalibus distinguuntur aliquid per formam sive ab alio dupliciter. Vno modo, secundum directam oppositionem formæ ad formam, & hoc modo distinguuntur unaquæque res naturalis ab omnibus speciebus sui generis, quæ habent formas oppositas, secundum quod genus diuini dicitur oppositus difficiis, sicut saphirus distinguatur sua forma ab omnibus aliis speciebus lapidum. Alio modo distinguuntur res naturalis per suam formam secundum habere & non habere, & hoc modo quod habet aliquam formam naturalem, distinguuntur ab omnibus non habentibus formam illam, sicut saphirus per suam formam naturalem distinguuntur non solum ab aliis generibus lapidum, sed a speciebus animalium & plantarum. Sic ergo dicendum, quod filius sua filiatione distinguatur quidem a patre secundum oppositionem relativa filiationis paternitatem, sed a spiritu sancto distinguatur filiatione, per hoc quod spiritus sanctus non habet filiationem, quam filius habet.

Et per hoc pater responsio ad obiecta.

Q V A E S T I O . V.

ARTICVLVS VIII.

Vtrum corpus Christi in cruce, & in sepulcro sit unum numero.

**D**EINDE quæsumus est de filio quanti ad natum ram assumptam, & circa hoc qualiter est, ut sit unum numero corpus, Christi affixus cruci, & uincens

QVOLIBET. MIL ART. IX. & X.

**A**iagens in sepulcro. & videtur q̄ non, quia quæcunque differunt specie, differunt numero: sed corpus Christi appensum in cruce, & iacens in sepulcro, differt specie eo modo, quo mortuum & viuum differunt specie. ergo non est vnum & idem numero.

**SED CONTRA.** Quæcunque sunt vnum & idem supposito, vel hypostasi, sunt vnum & idem numero: sed corpus Christi iacens in sepulcro, & appensum cruci, est vnum & idem supposito, sive hypostasi, quia hypostasis verbi Dei numquam separata est ab eius corpore. ergo corpus Christi est vnum & idem numero appensum cruci, & iacens in sepulcro.

**RESPON.** Dicendum, q̄ circa hoc cauenda sunt duæ damnatae hæreses, quarum una est Ariana, qui cum ponenter Christum animatum non habuisse, sed uerbum fuisse corpori loco anima, per consequens posuerunt q̄ verbum separatum est in morte & corpore, sicut manifeste patet in quadam sermoni Ariana, contra quem Augustinus disputat. Alia uero est hæresis Galanicarum, quæ fuit in sexta synodo damnata, qui cum ponenter unam naturam compositam ex diuinitate & humanitate, posuerunt illam natum simpliciter incorruptibilem, & ita posuerunt corpus Christi simpliciter incorruptum nō solum corruptione putrefactionis, quod fides catholica tenerit, secundum illud Pſal. 15. Non dabis sanctum tuum uidere corruptionem, sed etiam corruptionem quæ pertinet ad rationem mortis, quod est impium, ut patet per Damasc. in 3. lib. Sic ergo ad excludendum primam hæresim oportet nos ponere identitatem secundum suppositum in corpore Christi appenso cruci, & posito in sepulcro. Ad excludendum uero secundam hæresim, oportet nos ponere ueram differentiam mortis & uite: sed quia prima unitas maior est quam secunda differentia, dicendum est q̄ est idem numero corpus Christi appensum cruci, & iacens in sepulcro.

**AD PRIMUM** ergo dicendum, q̄ ratio illa non te net in corpore Christi proper unitate hypostasis.

QVÆSTIO VI.

**D**EINDE quæstum est de rebus humanis.  
¶ Et primo, De gratia.  
¶ Secundo, De sacramentis.  
¶ Tertio, De actibus humanis.

ARTICULUS IX.

Vtrum Deus semper faciat nouam gratiam.

**C**IRCA primum quærebatur, utrum Deus semper faciat nouam gratiam, & uidetur q̄ sic. Aug. enim 8. super Gene. ad literam comparat infusionem gratiae illuminationem. Sicut, inquit, aer praesente lumine non factus est lucidus, sed fit, quia si factus esset, non fieret, sed etiæ absente lumine lucidus maneret, sic homo Deo praesente illuminatur, absente autem tenebratur, a quo non locorum interuersus, sed uoluntatis auctorise disceditur: sed sol semper facit nouum lumen in aere. ergo Deus semper facit nouam gratiam in anima.

**SED CONTRA.** Nobilioris creaturæ nobilius est esse: sed gratia est nobilissima creatura, quia est perfectio naturæ rationalis creatæ. ergo eius esse est nobilissimum. non ergo durat solum in momento, & ita non semper Deus facit nouam gratiam.

**R**ESPON. Dicendum, q̄ duplex est actio. Quædam quæ sit cum motu, & talis actio semper est cuī aliqua innouatione, quia semper in motu aliquid fit, & aliquid desinit esse in quantum acceditus ad terminum, & acceditur a termino: & propter hoc Philo, dicit in 8. Phy. q̄ in omni motu est quodammodo fieri, & corrupti. Alia autem actio est, quæ est sine motu per simplicem communicationem forma, in quantum s. agens suam similitudinem imprimat recipienti disposito, & talis actio in principio quidem est cum innouatione, secundum qd de novo acquiritur forma in subiecto: sed continuatio ipsius actionis sicut nullum habet motum adiunctum, sed simplicem influxum, sive communicationem, ita etiam nullam habet innouationem, & hoc modo causatur gratia a Deo in anima.

Vnde dicendum est, q̄ quandiu durat gratia in anima, Deus in anima operatur causans eam, non tamē ita, q̄ faciat semper nouam gratiam, & quod singulis momentis existens corruptatur: sed quia eadem gratiam quam primo infudit, semper operatur in anima conseruans ipsam, quod quidem difficile est ad intelligendum non valentibus abstractare considerationem suam ab actionibus, quæ sunt cum motu, in quibus semper aliquid innovatur, ut dictum est.

**AD PRIMUM** ergo dicendum, quod lumen semper fit in aere, quia semper actione solis illuminantur conservatur, nō quod semper fiat aliud, & aliud lumen.

QVÆSTIO VII.

**D**EINDE quæstum est de sacramentis gratiae.  
¶ Et primo, De sacramento penitentiae, utrum per absolutionem sacerdotis remittatur culpa.  
¶ Secundo, De sacramento matrimonii, utrum vir possit accipere crucem, si timeatur de incontinentia uxoris non valentis virum sequi.

ARTICULUS X.  
Vtrum per absolutionem sacerdotis culpa remittatur.

**D**ICENDUM sic procedebatur. Videtur q̄ per <sup>a. di. 15. q. 1.</sup> absolutionem sacerdotis culpa remittatur. Dicit enim Hugo de sancto Victore in libro de sacramentis, q̄ sententiam Petri sequitur sententia coeli: sed sententia coeli est de remissione culpa, ergo remissio culpa sequitur per sententiam Petri, quæ est sacerdotis absoluens.

**¶ 3** Præt. Sacra menta sunt medicinae contra peccata: sed per medicinam sanantur vulnera, vel ægriti dines. ergo agritudo, vel vulnus peccati sanatur per sacramentum penitentiae: sed sacramentum penitentiae consummatur in hoc, quod dicit, Ego te absoluo, sicut sacramentum baptismi in hoc, q̄ dicit, Ego te baptizo. ergo per absolutionem sacerdotis dimittitur culpa.

**SED CONTRA** est, q̄ per solam contritionem dimittitur peccatum, secundum illud Pſal. 31. Dixi, confitebor aduersum me iniusticias meas Domino, & tu remisisti impietatem peccati mei: sed contritione præcedit absolutionem sacerdotis, quia sacerdos nō debet aliquem absoluere, nisi æstimet eum contritum. ergo remissio culpa præcedit absolutionem sacerdotis. non ergo per absolutionem sacerdotis culpa remittitur.

**RESPON.** Dicendum, q̄ sacramenta dupliciter operantur. Vno modo, secundum quod exhibetur in actu, alio modo secundum, qd habetur in voto, & Quodlib. S. Tho.

**D**icit hoc

Q VOLIBET. ANNI MART. XI. & XII.

hoc ideo, quia sacramenta operantur, ut instrumēta diuina misericordiae iustificantis Dei: autem est respicere hominis cor, secundum illud I. Reg. 16. Homines vident ea, quae parent, Deus autem intueatur cor: & ideo quāmū res naturales non agant, nisi praefatior adhibeatur, sacramenta tamē agunt etiam secundum, quod sunt in voto, sed plenus sacramentalē effectum inducunt, quando actu exhibentur, sicut in baptismo. Nam catechumenus si sit adulterus, & habeat baptismum in voto, iam consecutus est effectum baptismi quām ad emundationem a peccato, & consecutionem gratiæ, quæ est proprius effectus Dei: sed quando actu baptismum suscipit, consequitur plenus quosdam sacramentalē effectus, quia suscipit characterem, & remissionem totius peccata. Si quis tamen esset, qui nō prius haberet baptismum in voto, quām actu baptizaretur, sicut precipue patet in pueris, simul recipit per baptismum gratiam remittentem culpā, & omnem alium sacramenti effectum. Et hoc etiam contingere in adulto, si simul cum baptizaretur, virū baptismi habere inciperet: & idem est etiam in sacramento poenitentie, quod consummatur in dispensatione ministri absoluētis. Cum enim aliquis actu absoluietur, consequitur plenarie sacramenti effectum: sed si antequām absolutus, habeat hoc sacramentum in voto, quando s. proponit se subiungere clauibus ecclesia, iam virtus clauium operatur in ipso, & consequitur remissionem culpæ. Si quis tamen in ipsa absolutione incipit conteri, & claves ecclesia habere in voto, in ipsa absolutione sacerdotis culpa ei dimittitur per gratiam, quæ infunditur in hoc sacramento, sicut & alijs sacramentis nouæ legis: vnde quandoque contingit, qd aliqui non perfecte contriti virtute clauium gratiam contritionis consequuntur, dummodo non ponant obicem Spiritui sancto: & idem est in alijs sacramentis nouæ legis, in quibus gratia confertur. Videtur tamen esse differentia inter baptismum, & poenitentiam propter hoc, qd sacramētum poenitentia semper exhibetur adulitis, in quibus, vt plurimum contrito præcedit tempore cōfessionē, & absolutionē: baptismus aut̄ multotiens cōfertur pueris, in quibus virū baptismi nō præcedit: omnino autē simile apparet, si etiā baptismus exhiberetur adulitus.

AD PRIMVM ergo dicendum, qd verbū Hugo-nis non est sic intelligendum, quā sententia Petri in sacerdote absoluente præcedat tempore sententiā coeli, id est Dieremittētis culpam, sed quia sententia Petri approbat sententiam Dei.

AD SECUNDVM dicendum, qd medicina sacramentalis operatur non solum actu adhibita, sed etiam in proposito existens: & ideo quādoq; sanatio vulneris præcedit sacramentalē absolutionem.

AD TERTIUM dicendum, qd numquā potest esse vera contritio sine voto clauium Ecclesie, quā tumcumque sit dolor de peccato præterito, & propulsus abstinendi in futurum, & ideo in contritione culpa remittitur.

ARTICVLVS XI.

Vtrum vir possit accipere crucem uxori nolente, si de eius incontinentia timeatur?

AD SECUNDVM sic proceditur. Videtur qd vir possit accipere crucem ad transferendū ultra mare nolente vxori, si de eius incontinentia timeat. Nō debet enim homo prætermittere propriā salutē pro salute aliena: sed homo procurat salutē pro-

priam per hoc, quod cruce signatur consequens plenam remissionem peccatorum. ergo non debet hoc prætermittere, vt prouideat salutē vxoris.

SED CONTRA est, quod Aug. dicit. Si absentes si & peccatum illius tue imputabitur abilitas: sed accipiendo cruce impeditur a redditione debiti, ergo

RESPON. Dicendum, qd ea quæ sunt necessitatis, non sunt prætermittenda propter ea quæ sunt propria voluntatis. Vnde ēt Dominus Matth. 15. reprehendit Pharisæos, qd docebant prætermittere mandatum de honoratione parentum, vt aliquæ voluntariae oblationes Deo offerrentur. Ex necessitate autem viro imminet vt gerat curam vxoris, quia caput mulieris est vir, vt dicitur 1. ad Corinth. i. Sed

quod accipiat crucem ad transfrēdandum, subiecta propria voluntati. Vnde si vxor fidelis quæ se quia non posset propter aliquid legatum impedimentum, & de eius incontinentia timeatur, non est ei consilendum vt accipiat crucem & dimittat exorem: secus autem est, si vxor cōtinere voluntate proponat, vel velit & possit sequi virtus suam. AD PRIMVM ergo dicendum, qd hoc etiam ad salutē propriam viri pertinet, ut gerat curam de laude uxoris, quæ viri regimini committitur.

H QV. AE. ST. IO. VIII.

D E INDE quæstūm est de actib⁹ humanis. ¶ Primo, De actib⁹ pertinētib⁹ ad platos. Secundo, De actib⁹ quæ possunt pertinere ad omnes. Pertinet autē ad prælatos præcipere, dispensare in præcepto, excommunicare rebellantes præceptis, & beneficia ecclesiastica conferre.

Vnde circa primum queruntur quatuor. ¶ Primo, De obedientia ad præcepta prælatorum, utrum scilicet religiosus teneat obediēre prælato suo precipienti et in uitrate obedienti, qd reuelet ei crimen fratris occultum.

¶ Secundo, Circa dispensationem, utrum Papa possit dispensare in bigamia.

¶ Tertiō, Circa excommunicationem, utrum aliquis teneat uitare excommunicatos illos, de quorum excommunicatione etiā inter partitos est diuersa sententia, quibusdam dicentes eos excommunicatos esse, & alijs non esse.

¶ Quartō, Circa collocationem beneficiorum, utrum prelatus ecclesiæ licite possit dare beneficiū confanguineo suo idoneo existēti, si eaque facilitate occurrat ei alias magis idoneus.

ARTICVLVS XII.

K Vtrum subditus teneat renelare prelato præcipienti crimen occultum fratris.

AD PRIMVM sic procedit. Videtur quod subditus non teneat obediēre prelato præcipienti reuelationem criminis occulti. Nullus enim teneatur obediēre aliqui in hoc, quod nō subditur eius iudicio: sed occulta non subdūti iudicio humano, sed soli iudicio diuino. ergo circa eorum reuelationem nullus teneat obediēre prelato præcipienti.

SED CONTRA est, quod prelatus in capitulo religiorum potest præcipere id, de quo iudex fidelis, vel ecclesiasticus potest exigere iuramentum, sed

QVOLIBET. III.

## ART. XIII. & XIV.

28

sed quandoq; iudex **secularis**, uel ecclesiasticus exigit iuramentū ab aliquo ut reuelet id, quod fecit de aliquo occulito, vt dicit quadā **Decretalis** de purgationibus. ergo pari rōne ipse prælatus in capitulo pōt est religiosi præcipere in virtute ipsius obediētie, ut dicat ei si qd scīt d aliquo criminē occulito.

**R**ESPON. Dicendum, quod peccatum dupliciter protestatur occultum. Vno modo simpliciter, ita, quod ad multorum notitiam nullo modo peruenit, & ratiocinio occultum nocet soli facienti, & ideoque tale peccatum occultum fratris scitur, solum hoc debet intendere ut fratris peccantis salutem procuraret: unde institutus est a Dño ordo correctionis fraternalis, ut primo quodam corripiat alius fratris occulte peccante inter se & ipsum solum, postmodum adhibeat duos, uel tres testes, & tunc si non corrigatur, dicat ecclesia, contra quem ordinis praefatus precipiat, ut peccatum fratris occulatum ei dicatur, non ei obediendum, & ipsi peccatum praecipiendo: quia oportet Deo magis quam hominibus obediens.

acth. 13.

M. 5

Sic autem peccatum fratris non sit esse occultum, quia per aliquas suspitiones in multitudinis notitia ueniat, unde multorum scandala oriatur, iam peccatum non solum nocet illi, sed multis. Et quia bonum multitudinis praefertur bono multis, ideo prelator debet disquirere veritatem de facto, ut scandala multitudinis cesset vel per poenam peccantis, vel per eius excusationem. Et ideo in tali casu potest praecipere scienti crimen fratris, quod manifestetur, & illi cui praecipitur, tenetur praefato obedire. Sic enim cura non sit omnino occultum crimen pertinet ad iudicium praelati, & in hoc casu loquitur decretalis, non autem in primo.

Vnde patet responsio ad obiecta.

**ARTICVLVS XIII.**

*Vtrum Papa possit dispensare super bigamia.*

**A**D SECUNDUM sic proceditur. Videatur q[uod] Papa non possit dispensare in bigamie irregularitate. Non enim potest ab homine dispensari in his quae sunt diuinitus instituta, ut Ber. dicit in lib. de dispensatione & praetice: *sed doctrina Apostoli, in qua continetur q[uod] bigamus non promouetur, ut patet 1. Thes. 3. & ad Tit. 1. est diuinitus promulgata, secundum illud Apost. 2.ad Cor. ult. An experimentum queritis eius, qui in me loquitur, Christus? ergo Papa non potest cum bigamis disp[er]sare.*

**SED CONTRA** est, quod in Decretis dist. 5. dicitur, quod Papa cum quodam bigamo dispensauit.

**RESPO.** Dicendum, q[uod] Papa habet plenitudine potestatis in ecclesia, ita l[itteris] q[uod] quæcunq[ue] sunt institu-

potestatis in ecclesia, id est quæcumq; sunt instituta per ecclesiam, vel ecclesiæ prælatos, sunt dispensabilia a Papa. Hæc enim sunt quæ dicuntur esse ius

hanc in capitulo 110 etiam dicitur quia dictum est in libro Iuris humani, vel Iuris positivi. Carea et vero quo sunt iuris diuinum, vel Iuris naturalis, dispensare non a potest, quia ista habet efficaciam ex institutione diuinam, ius autem diuinum est quod pertinet ad legem nouam, vel veterem. Sed haec differencia est inter legem virtanum, quia lex vetus determinabat multa tam in praceptis ceremonialibus pertinentibus ad cultum Dei, q̄ etiam in praceptis iudicibus pertinentibus ad iustitiam inter homines conseruandam sed lex noua q̄ est lex libertatis, hinc determinationes non habet, sed est contenta praceptis moralibus naturalis legis, & articulis fidei, & sacramentis gratiae, unde & de lex fidei, & lex gratiae, propter determinationem articulo-

A rum fidei, & efficaciam sacramentorum. Cetera ve  
ro, quæ pertinent ad determinationem humanorū  
iudiciorum, vel ad determinationem diuini cultus,  
libere permisit Christus, qui est nouus legislator,  
præstat ecclesiæ, & principibus christianis populi  
determinanda: vnde huiusmodi determinations  
pertinent ad ius humanum, in quo Papa potest dis  
pensare. In solis vero his, quæ sunt de lege natura,  
& in articulis fidei, & sacramentis nouæ legis dispe  
fare non potest. Hoc enim non est posse pro ve  
ritate, sed contra veritatem. Manifestum est autem,  
quod bigamus non promoueri, neque est de lege na  
tura, neque pertinet ad articulos fidei, neque est de  
necessitate sacramenti, quod patet ex hoc, quod si bi  
gamus ordinetur, recipit ordinis sacramentum, sed  
hoc pertinet ad quadram determinationem diuini  
cultus. Vnde circa hoc potest Papa dispensare, li  
cet dispensare non debeat, nisi ex magna, & eviden  
ti cauila: sicut etiam posset dispensare circa hoc, quod  
aliquis sacerdos non induitus vestibus sacris confe  
ceret corpus Christi. Et eadem ratio est de omni  
bus aliis huiusmodi, quæ ex institutione humana  
processerunt.

AD PRIMVM ergo dicendum, q̄ Apostolus duplíciter in doctrina sua aliqua proposuit, quedam

quidem sicut promulgans ius diuinum, sicut illud  
quod habetur ad Gal. 5. Si circumcidimini, Christus  
vobis nihil prodierit.

vobis nihil proderit, & multa alia huiusmodi: & in hoc Papanon potest dispensare. **Quadam** vero si-  
cure propria autoritate aliqua statuens: nā ipse dic-  
it. **ad Cor. 11.** Catera cum venero dispon&, &  
infra 16. mandabam, ut collecte, qua fluit in sanctos,  
per vimam sabbathi fiant, quod non pertinet ad ius  
diuinum. Et similiter etiam, quod dicitur de biga-  
mo non promouendo, non est iuris diuinis, sed in-  
stituto authoritatis humanae diuinitus homini cō-  
cessit.

ARTICVLVS XLI

Vtrum debeant uitari illi excommunicati, de quorum  
excommunicatione est apud peritos  
dicensa sententia.

**A**D TERTIVM sic proceditur. Videlit q̄ non debeant vitari illi excommunicati, circa quantum excommunicationem sapientes cōtraria opinatur. Quia secundum iura Episcopus non potest auferre beneficium, quod clericō cōcessit, sine culpa: sed non minus debetur communio fidelium cuiilibet fidelis, quam beneficium clericō sibi ab episcopo collatum. ergo nec cōmunio fidelium est aliqui subtrahenda sine culpa: sed quando dubitatur, an causa subsit, promptius debet esse animus boni viri ad interpretandum in mitiorem partem. ergo ex quo dubitatur de excommunicatione aliorum, magis debet aliquis per hoc stare, q̄ non sunt excommunicati, & ita non debet eos vitare.

S E D C O N T R A E S T : q uia l iqu i s p e c u l i s i n b e l l o , m o r i a t u r , s i i g n o r e t u r q u i c u m p e c u l i s e r i , p g d u b i u m q u i l i b e t , q u i i n b e l l o i n f e s t u i t , i n r e g u l a r i s h a b e t u r s e c u n d u m i u r a . e r g o a s i m i l i v i d e t , q u i c x q u o d u b i u m e s t d e a l i q u i b u s , a n t i n c o m u n i c a t i , q u i p r o p t e r m a i o r e m c a u r e l a m s i n t v i t a n d i .

RESPON. Dicendum, quod dubitatio de excōmunicatiōne aliquorū, aut praecedit sententiā iudicū, aut sequitur. Si precedit, pura, cū nondū est declaratū per iudicū cōsensum aliquos esse excōmunicatos, nō sūt vitādi quousq; certo iudicio terminet. In hoc n. casu verū est, quod in mitiorē partē

Quodlib. S. Tho. D 2

## QVOLIBET. IIII. ART. XV. & XVI.

**I**nterpretari debemus. Vnde & Deut. 27. dicitur. Si difficile, & ambiguum apud te iudicium esse perspexeris, & iudicium intra portas tuas videris verba variari, venies ad sacerdotes, & ad iudicem, quaresq; ab eis, & facies quodcumque dixerint: sed si ambiguum oriatur post concordem iudicium determinationem magis standum est sententia iudicium dupliqui ratione. Primo quidem, quia iudices solici tius discutientes negotium, plenius possunt percipere veritatem, etiam si sint minus periti, quam alij qui perfunditorie constituantur, & extraordinarie. Secundo, quia hoc esset in magnum documentum virilitatis communis status hominum, si sententia non staretur, sed quilibet pro suo libito vellet sententia calumniam ingerere, quia sic litigia essent interminabilia: & ideo in tali casu magis est standum sententia iudicium, nisi forte sit per appellationem suspensa.

Et per hoc patet responsio ad obiecta.

### ARTICVLVS xv.

Vtrum prælatus posset committere curam ecclesiæ suo consanguineo idoneo.

**C**IRCA quartum sic proceditur. Videtur q; p; latus ecclesiæ non possit ecclesiæ curam committere suo consanguineo quamvis idoneo, post posito meliori. Pater enim sua filia querit sponsum quam magis potest idoneum, & sponsus sue sponse querit fidelissimum custodem pro posse: sed maior prælatus ad ecclesiam sibi subiectam comparatur, vel sicut pater ad filiam, vel sicut sp̄s ad sponsam. ergo debet ei de persona idonea prouidere, quantum ad melius potest.

**P**ropter. Ioannes euāgelistā maxime fuit idoneus, & tamen quia consanguineus Christi erat fm carne, prætulit ei Petrum in regimine ecclesiæ. ergo etiam prælatus si habeat cōsanguineo æque idoneū, nō debet ei prouidere in ecclesia magis, q; alij æque idoneo. multo ergo minus si sit min⁹ idone⁹.

**S**ED CONTRA est, q; secundum ordinem rectum charitatis homo plus debet diligere sibi magis coniugatos: sed his quos magis ex charitate diligimus, etiam magis debemus prouidere, vnde corum meritum crescat. Cū ergo ex bona dispensatione ecclesiæ crescat meritum bene administrantis, vide q; prælatus magis debet suis, quam extraneis prouidere etiam si sint minus idonei.

**R**ESPON. Dicendum, q; aliter est dicendum de consanguineo prælati æque idoneo, & aliter de minus idoneo. Si enim sit æque idoneus, potest prælatus suū consanguineum præferre, nisi forte ex hoc scandalum oriatur, vel aliqui exinde malum exemplum accipiunt, vt probabilit̄ præsumi possit, qd alij prælati hoc exemplo inducuntur ad dandum suis consanguineis etiam minus dignis: & hoc ideo, quia ex quo nihil deperit virilitati ecclesiæ cū æque idoneo prouidetur, licet circa huiusmodi prouisio nem etiam amori naturali satisfacere, qui non est contrarius charitati, sed magis charitate informatur. & hoc significatur Gen. 48. Vbi Pharaon dixit ad Joseph de fratribus suis. Si nosti in eis viros industrios, cōstitue eos magistros pecorum meorum. Si vero si minus idoneus consanguineus prælati, non debet cum practicare ad curam ecclesiæ postposito meliori dupliqui ratione. Primo quidem, q; hoc videtur esse cōtra fidelitatem, quam in bono dispensatore dñs requirit. Non enim faceret fideliter negotiū alicuius domini, qui posset rem eius

**F**meliorare, si hoc prætermitteret ut suis consanguineis satisfaceret. Secundo, quia hoc videtur ad personarum acceptiōem pertinere, que confitit in hoc quod aliquis accipit pro causa conditionem personæ que non facit ad negotium, sicut si aliquis daret sententiam pro aliquo, quia diues est, & non quia iustitiam habet, que est conditio faciens ad negotium. **E**sse autem consanguineum, non est aliqua conditio pertinens ad curam ecclesiæ, quia non obtinet ure fanguinis, sed diuino munere. **E**sset autem cōditio faciens ad negotium circa dispensationem patrimonialium bonorum: vnde si episcopus de patrimonialibus bonis magis prouideat suo consanguineo minus idoneo, non effectio personarum: sed si ratione consanguinitatis prouideat in patrimonio crucifixi, non carebit ratione personarum acceptiōis, quam Augustinus in ecclesiasticis gradibus dispensandis, expponens illud quod habetur Iacobī 2. Nolite in personarum acceptiōis habere fidē Domini nostri Iesu Christi. Hieronymus etiam dicit, & habetur 8. q. 1. Extraneis ex alia tribu a Moysi eligitur, vt signaret principatum in populo non sanguini deferendum esse, sed vice, ac nunc cernimus plurimos hanc rem beneficio facere, vt nō querant eos in ecclesia columnas elegere, quos plus cognoscant ecclesia protelē, sed quos vel ipsi amant, vel quorū sūt obſe quijs delinquent.

### QVAE STIO XI.

**D**E LINDE quādū est de actibus, qui possunt ad omnes homines pertinere.

**P**er primō, De actibus pertinentibus ad vim intellectuā.

**P**er secundō, De actibus pertinentibus ad vim appetituā.

**P**er tertīo, Circa primum quādū sunt tria.

**P**er primō, Vtrum possit aliquis sine peccato appetere scire scientias magicas.

**P**er secundō, Vtrum enuntiabile quod semel efficerum, semper sit uerum.

**P**er tertīo, Vtrum Magister determinando quādūes theologicas, magis debeat uti ratione, vel auctoritate.

### ARTICVLVS XVI.

**V**trum homo sine peccato possit appetere scire scientias magicas.

**A**D PRIMUM sic proceditur. Videtur quod homo sine peccato possit appetere scire scientias magicas. Non enim est peccatum apparet illud, per quod ponitur intellectus hominis in optimo: sed per quamlibet scientiam ponitur intellectus hominis in optimo, quia uerum est bonum intellectus, ut dicitur in 6. Ethicor. Scientia autem uerorum est, ergo hoc potest licite appetere, scire quādūque scientiam, & ita sine peccato potest homo appetere scire scientias magicas.

**S**ED CONTRA. Prohibitus non est nisi de illicito: sed scientias magicas sunt prohibita. ergo illicitum est appetere eas scire.

**R**ESPON. Dicendum, q; actus humanus p̄t dici dupliciter. Vno modo ex genere: alio modo ex circunstantia. Ex genere quidem dñe esse actus bonus ex eo q; actus cadit supra debitā materiam, debita autem

autem materia appetitus est bonum, vnde appetere quocunque bonum, est bonum in genere: omnis autem scientia, sive quacunque cognitio bonum aliquid est, alioquin Deus cui nihil mali inest, non habet omnem scientiam tam bonorum, quam malorum: vnde appetere quamcumque scientiam, vel notitiam quamcumque rerum sive bonarum, sive malarum, est bonum in genere: sed tamen secundum diuersas circumstantias additas potest esse bonum, vel malum, & praecipue haec diuersificant secundum intentionem finis. Nam si aliquis appetat scire scientias magicas, vt eis etiam erit, est malum. Si autem appetat eas scire ut eas confutes & reprobet, sic est bonum & licitum. Similiter etiam ex conditione persona potest hoc diuersificari, vel etiam ex modo appetendi. Si enim sic aliquis appetat scire huius scientias, vt carum notitiam praferat alijs vilioribus rebus, inordinatus est appetitus: & similiter si sit talis persona, ad quam non pertineat hoc scire, inordinate hoc appetit.

**A**D PRIMUM ergo dicendum, quod omnis scientia ponit intellectum in aliquo sui bono, quia omnium verum est quoddam bonum intellectus: sed non omnis scientia ponit intellectum in sui opimo, sed illa sola que est circa primam veritatem. Nec etiam verum est quod magicas artes sint scientiae, sed potius sunt quaedam fallacie dæmonum.

**A**D SECUNDUM dicendum, quod huiusmodi artes sunt prohibite quantum ad suum vsum. Si vero prohibetur alicui etiam eorum studium propter periculum utendi, tunc est malum, qd prohibuit.

## ARTICVLVS XVII.

Vtrum enuntiabile semel verum, sit semper verum.

**A**D SECUNDVM sic proceditur. Videtur quod Anon oportet enuntiabile quod semel est verum, semper futurum esse verum. Si enim hoc esset verum in alijs enuntiabilibus, paratione hoc esset verum in enuntiabilibus de futuro: sed in ipsis hoc non est verum, quia ut Philos. dicit in 2. de Generatione. Fururus quis incedere, non incedet. Ergo non oportet enuntiabile quod semel est utrum semper esse futurum verum.

**¶ 2 Pr.** Si partes sunt exdem, & totum est idem: sed partes enuntiabilis sunt praedicatum, & subiectum, & compositione. ergo idem est enuntiabile existente eodem praedicato, & subiecto, & compositione: sed taliter existente eodem enuntiabili contingit quod sit quandoque verum, & quandoque falsum, sicut hoc enuntiabile Sortes sedere, est verum eo sedente, & falsum eo non sedente, secundum illud Philosophi in Peripher. Ex eo quod res est, vel non est, oratio est vera, vel falsa. ergo enuntiabile quod semel est verum, non propter hoc semper est vera.

**S**ED CONTRA. Ita enuntiabilia, Sortes currere, & Sortes cucurrit, & Sortes fore cursurum, non differunt, nisi secundum diuersam configurationem ipsi: sed diuersa consignificatio non tollit identitatem nominis, idem enim nomen est esse per oēs causas & in singulari, & in plurali numero. ergo est praedicata tria enuntiabilia sunt idem enuntiabile: sed si unum horum semel sit verum, semper oportet quod aliquod eorum sit verum, quia si semel est verum quod Sortes currit, prius erat verum quod Sortes curret, & postea erit verum quod Sortes cucurrit. ergo si enuntiabile aliquod semel est verum, semper erit verum.

**R**ESPON. Dicendum, quod huius dubitationis vis in hoc consistit, vt sciatur vtrum sit idem enuntiabile, quod est de praesenti, praeterito, & futuro. Si enim hoc verum sit, consequens erit, quod enuntiabile, quod semel est verum, semper erit verum, licet forte hoc dubitationem aliquam habere possit circa enuntiabilia de futuro contingentia, sed hoc est altioris inquisitionis. Sivero sim diuerfa enuntiabilia de praesenti, praeterito, & futuro (est autem idem enuntiabile, quod est de praesenti) qua literumque res se habeat manifestum est, quod idem enuntiabile quandoque est verum, quandoque falso, secundum quod Philosophus dicit in peripher. Quod eadem oratio, & opinio quandoque est vera, quandoque falsa. Ad cuius evidentiā sciendi est, quod secundum Philosophum, in i. per hermenias, tria quædam per ordinem inueniuntur. Nam voces sunt signa intellectus, intellectus autem sunt rerum similitudines, manifestum est autem, quod vritas vocis significativa, vel diuersitas non dependet ex vnitate, vel diuersitate rei significata, alioquin non esset aliquod nomen a quo uocem. Secundum hoc enim si sint diuersæ res, essent diuersa nomina, & non idem nomen. Dependet ergo vritas, vel diuersitas vocis significativa, sive complexæ, sive incomplexe ex vnitate, vel diuersitate vocis, vel intellectus, quorum unum, scilicet vox, est signum, & non signatum tantum, intellectus autem signum, & signatum, sicut & res. Potest ergo nomen, vel enuntiabile esse aliud, & aliud, vel propter diuersitatem vocis tantum, sicut est in synonymis, in quibus est diuersa vox, sed idem significatum omnino: vel etiam cum diuersitate vocis potest esse diuersitas intellectuum, sive propter diuersitatem rei intellectus, sive propter diuersitatem modi intelligendi: & hoc contingit quandocumque est diuersitas consignificationis, quæ consequitur diuersum modum intelligendi vnam, & candem rem, & praecipue hoc apparet in tempore, quod per se committetur operatio intellectus humani componentis, & diuidentis, ut dicitur in 3. de anima. Et ideo dicendum est, qd non est idem enuntiabile, Sortem sedere, & sortem sedisse, vel lessurum esse: sed Sortem sedere est idem enuntiabile, quia est eadem vox, & idem modus significandi: & ideo patet, qd idem enuntiabile potest quandoque esse verum, quandoque falso.

Vade duo prima concedimus.

**A**D TERTIUM dicendum, qd diuersitas consignificationis tollit nominis identitatem, in tantum qd obliqui, secundum Philosophum, non sunt nomina, sunt tñ vnum nomen non simpliciter, sed in quantum conuenient in uno ordine declinationis.

ARTICVLVS XVIII.  
Vtrum determinations theologicae debant fieri  
authoritate, vel ratione.

**C**IRCA tertium sic proceditur. Videtur quod ma gister determinas questiones theologicas magis, debeat vii authoritatibus, quam rationibus, quia in qualibet scientia questiones optimè determinantur per primi principia illius scientie: sed prima principia scientiarum theologiarum sunt articuli fiduci, qui nobis per authoritates innoscunt. ergo maxime questiones theologicae sunt determinandas per authoritates.

**S**ED CONTRA est, quod dicitur ad Timoth. Vt sit potens exhortari in doctrina sancta, & con- Quodlib. S. Tho. D 3 tradicen-

## QVOLIBET. IIII.

tradicentes reuinercere: sed contradicentes melius  
reuincurrunt rationibus, quam authoritatibus. ergo magis oportet determinare quæstiones per ra-  
nes, quam per authoritates.

RESPON. Dicendum, q̄ quilibet actus exequen-  
dus est secundum, quod conuenit ad suum finem.  
Disputatio autem ad duplicom finem potest ordi-  
nari. Quædam enim disputatio ordinatur ad remo-  
uendum dubitationem an ita sit, & in tali disputa-  
tione theologica maxime vtendum est authorita-  
tibus, quas recipiunt illi, cum quibus disputatione, pu-  
ta, si cum Iudeis disputatione, oportet inducere au-  
thoritates veteris testamenti. Si cum Manichæis,  
qui verus testamentum respuit, oportet ut solum  
authoritatibus noui testamenti. Sicutem cu schis-  
maticis, qui recipiunt vetus, & novum testamentum,  
non autem doctrinam sanctorum nostrorum, si-  
cū sunt Græci, oportet cum eis disputatione ex autho-  
ritatibus noui, vel veteris testamenti, & illorum do-  
ctorum, quos ipsi recipiunt. Si autem nullam au-  
thoritatem recipiunt, oportet ad eos conuincentes  
ad rationes naturales configere. Quædam ve-  
ro disputatio est magistralis in scholis non ad re-  
mouendum errorem, sed ad instruendum auditores,  
vt inducantur ad intellectum veritatis quam in-  
tentit, & tunc oportet rationibus inniti inestigan-  
tibus veritatis radicem, & facientibus scire quanto  
do sit verum, quod dicitur: alioquin si nudis autho-  
ritatibus magister quæstionem determinet, certifi-  
cabitur quidem auditor, q̄ ita est, sed nihil sciēt,  
vel intellectus acquireret, sed vacuus abscedet.

Et per hanc patet responsio ad obiecta.

## QVÆSTIO X.

**D**E INDE quæsum est de rebus pertinenti-  
bus ad vim appetitiam.

¶ Et primo, De bonis.

¶ Secundo, De malis.

¶ Circa primum queruntur duo de martyrio.

¶ Primo, Vtrum aliquis absque perfecta charitate  
possit se ad martyrium offerre.

¶ Secundo, Vtrum sustinere martyrium pro Chri-  
sto sit in precepto.

## ARTICVLVS XIX.

Vtrum aliquis absque perfecta charitate se possit  
martyrio offerre.

**A**D PRIMVM sic proceditur. Videtur quod ali-  
quias absque perfecta charitate possit se marty-  
rio offerre, quia super illud Psal. 113. Ideo dilexi-  
mandata tua super aurum, & topazion, dicit glo. q̄  
minima charitas plus diligit. Dic legem, quam mi-  
llaria auri, & argenti, & eadem ratione, quam omnia  
temporalia: sed id quod minus diligimus, expo-  
nimus pro eo, quod magis diligimus. ergo & omnia  
temporalia, & etiam propriam vitam potest exponere  
pro Christo, qui habet minimam chari-  
tatem.

**S**ED CONTRA. Si aliquis absque perfecta chari-  
tate potest se offere martyrio, ergo pari ratione po-  
terit martyri sustinere absque charitate perfecta:  
sed hoc videtur esse falsum, fm illud Ioan. 13. Ma-  
giorem charitatem nemo habet, q̄ ut animam suam  
ponat quis pro amicis suis. ergo aliquis absq̄ cha-

## ART. XIX. & XX.

F tritate perfecta non potest se ad martyrium offerre.

RESPON. Dicendum, quod in operibus virtutum  
duo sunt attendenda, scilicet id quod fit, & modus  
faciendi. Contingit autem idem factum, quod fit  
secundum aliquam perfectam virtutem, fieri etiam  
non solum ab habente parvam virtutem, sed etiam  
non habente virtutem, sicut aliquis habens iustitiam  
potest facere aliquid opus iustum. Sed si attendamus  
ad modum faciendi, ille qui non habet virtutem,  
non potest operari, sicut ille qui habet: ne-  
ille qui habet parvam, sicut ille qui habet magnam,  
qui operatur faciliter, & prompte, & delectabili-  
ter, quod non ita facit ille qui caret virtute, vel qui  
parvam habet. Sic ergo dicendum est, quod hoc  
opus, quod est offerre le martyrio, vel etiam mar-  
tyrium sufferre, potest facere non solum charitas  
perfecta, sed etiam imperfecta, & quod plus effectu  
ille qui caret charitate, secundum illud Apostoli  
1. ad Corinth. 13. Si tradidero corpus meum ita ut  
ardiam, charitatem autem non habeam &c. Sed  
charitas perfecta hoc facit prompte, & delectabili-  
ter, sicut pater de Laurentio, & Vincentio, qui in  
tormentis hilaritatem ostenderunt, hoc autem  
non potest facere charitas imperfecta, vel etiam  
ille qui charitate caret.

Et per hoc patet responsio ad obiecta.

## ARTICVLVS XX.

Vtrum pati martyrium propter Christum  
sit in precepto.

**A**D SECUNDVM sic proceditur. Videtur quod  
pati martyrium propter Christum non sit in  
precepto. Minus enim videtur quod homo de  
sua, quam quod proprium corpus ponat, vt dicit  
Greg. in illa Homil. Ego sum pastor bonus: sed di-  
mittere omnia sua propter Christum non cadit sub  
præcepto, sed sub consilio. ergo etiam exponere  
corpus suum martyrio non cadit sub precepto.

**S**ED CONTRA est, quod August. dicit 13. de cuius  
Dei. Cum dictum est homini, Mortierisi si peccau-  
ris, non dicitur martyri, Morere, ne pecces: sed illud  
potest nos facere ne peccemus, cadit sub  
præcepto. ergo mors martyri cadit sub precepto.

RESPON. Dicendum, quod aliquid cadit sub pre-  
cepto dupliciter. Vno modo absolute: alio mo-  
do secundum animi præparationem. Quia enim  
præceptum importat rationem debiti, illud abso-  
lute cadit sub præcepto, quod est debitum propter  
aliquid præexistens, sicut præceptum de honora-  
tione parentum, vel de amando Deum. Sed quandoque  
contingit, quod id quod facit aliquid esse  
debitum, nondum præcessit, sed potest occurrere.  
Vnde hoc cadit sub præcepto non absolute, sed  
secundum præparationem animi, ita scilicet vt ho-  
mo habeat animum paratum ad faciendum illud,  
quod debitum redditur ex aliqua causa occurre-  
nte: & hoc modo exponit August. illa Domini præ-  
cepta, quæ ponuntur Matth. 5. Si quis percussit te in unam maxillam, preber ei & aliam, quia scilicet  
si opus est, & hoc exigere salus aliorum, homo  
debet esse paratus ad hoc faciendum, & per hunc  
modum sustinere martyrii propter Christum, ca-  
dit sub præcepto, quia scilicet homo debet habere  
animum ita paratum vt prius perniitteret se occidi,  
quam Christum negaret, vel mortaliter peccaret.  
Et sic est relinquere bona propria cadit sub præ-  
cepto, quia debet esse paratus animus Christianus  
magis sustinere rapinā bonorum suorum, quam Chi-  
stum

## QVOLIBET. IIII. ART. XXI. &amp; XXII.

28

num negare, vel mortaliter peccare:  
Et per hoc patet responsio ad obiecta.

## QVÆSTIO XI.

DEINDE quæsum est de actibus malis, scilicet de primis motibus.

Circa quos quæsita sunt duo.

¶ Primò, Vtrū primi motus semper sint peccata.  
¶ Secundò, Vtrū in infidelib. sint peccata mortalia.

## ARTICVLVS XXI.

Vtrum primi motus semper sint peccata.

AD PRIMVM sic procedebatur. Videtur quod primus motus semper peccatum. Dicit enim Mag. 2 i. secundi libri sententiarum, quod tentatio a carne non potest esse sine peccato: sed quoniamque est prius motus, est tentatio a carne. ergo primus motus non potest esse sine peccato.

SED CONTRA est, quod ad Roman. 6. super illud, Non ergo regnet peccatum in vestro mortali corpore, dicit glos. Non prohibet concupiscentiam quæ vitari non potest: sed illud quod non potest vitari, non est peccatum. ergo concupiscentia, quæ est primus motus, non est peccatum.

RESPON. Dicendum, quod primus motus, sicut dictum est, est motus sensualitatis præuenientis deliberationem rationis: eadem autem natura sensualitatis est, & rationis in infidelibus, & in infidelibus. Ad naturam autem sensualitatis, & rationis pertinet, quod motus sensualitatis, qui est absque deliberatione rationis, non possit esse peccatum mortale: quia peccatum mortale est, quod consistit in auerione a Deo, ad quem conuertere non potest homo, nisi per rationem, & per consequens auerio a Deo, quæ constituit peccatum mortale, non potest esse, nisi in ratione, ut patet per August. 12. de Trinit. & ideo dicendum est, quod primi motus infidelium non sunt peccata mortalia, sed venialia.

AD PRIMVM ergo dicendum, quod dictum Anselmi dependet ex verbo Apostoli, qui concludit ad Roma. 8. quod nihil est damnationis his, qui sunt in Christo Iesu, qui non secundum carnem ambulant. Videtur ergo, quod his, qui non sunt in Christo Iesu, sit aliquid damnationis, etiam si non secundum carnem ambulent motibus carnis consentientes, alioquin nihil plus haberent hi, qui sunt in Christo Iesu, quam alii. Est ergo aliquid damnationis his, qui non sunt in Christo Iesu, si sentiant motus carnis, quamvis non consentiant, quod quidem qualiter sit intelligendum, ex proposito Apostoli apparent. Præmisserat enim reparationem gratig inchoata esse in his, qui sunt in Christo Iesu quantum ad mentem, licet non quantum ad carnem. Præmisserat enim. Ego ipse mente quidem seruio legi Dei, carne autem legi peccati. Propter legem fomitis, quia adhuc manet in corporis membris. Ne ergo hi, qui sunt in Christo Iesu, videretur adhuc primitus damnationi subiacere propter fomitis motus, concludit Apostolus, quod nihil est damnationis his, qui sunt in Christo Iesu, si non secundum carnem ambulant, quia damnatio originalis peccati soluta est per gratiam Christi, quamvis actu remaneat fomes peccati: damnationem vero actualis peccati non incurunt, quia non ambulant secundum carnem. In infidelibus vero Quodlib. S. Tho. D 4 manet

## ARTICVLVS XXII.

Vtrum primi motus in infidelibus sint peccata mortalia.

CIRCA secundum sic proceditur. Videtur quod primi motus in infidelibus sint peccata mortalia, quia sicut Anselm. dicit in lib. de gratia, & lib. arb. Eos qui non sunt in Christo Iesu, sequitur damnatio, si sentiunt concupiscentiam, etiam si non consentiant: sed sentire concupiscentiam, est habere primum concupiscentiam motum. ergo infideles, qui non sunt in Christo Iesu, peccant mortaliter, secundum primos motus, quia damnatio non debetur, nisi peccato mortali.

¶ 2 Præt. Quilibet homo debet habere originalem iustitiam, secundum quam concupiscentia reprehēbatur: sed contra hoc debitum est quilibet concupiscentia motus, ergo quilibet concupiscentie motus est peccatum mortale. Omne enim, quod est contra debitum, habet peccati mortalis rationem.

SED CONTRA. Quanto est gradus altior, tanto est casus gravior: sed altior est gradus fidelium, quam infidelium. cum ergo primi motus fidelium non sint peccata mortalia, multo minus primi motus infidelium.

RESPONDEO. Dicendum, quod primus motus, sicut dictum est, est motus sensualitatis præuenientis deliberationem rationis: eadem autem natura sensualitatis est, & rationis in infidelibus, & in infidelibus. Ad naturam autem sensualitatis, & rationis pertinet, quod motus sensualitatis, qui est absque deliberatione rationis, non possit esse peccatum mortale: quia peccatum mortale est, quod consistit in auerione a Deo, ad quem conuertere non potest homo, nisi per rationem, & per consequens auerio a Deo, quæ constituit peccatum mortale, non potest esse, nisi in ratione, ut patet per August. 12. de Trinit. & ideo dicendum est, quod primi motus infidelium non sunt peccata mortalia, sed venialia.

AD SECUNDVM dicendum, quod concupiscentia non potest sic vitari, quod nullus concupiscentia motus surget, quia dum resistitur vni, initurgit alius: postulat tamen vitari singuli, & ex hoc quilibet habet aliquid de ratione peccati, licet non habeat rationem perfecti peccati, quod est peccatum mortale.

PRIMVM ergo concedimus.

AD SECUNDVM dicendum, quod concupiscentia non potest sic procedere. videtur adhuc primitus damnationi subiacere propter fomitis motus, concludit Apostolus, quod nihil est damnationis his, qui sunt in Christo Iesu, si non secundum carnem ambulant, quia damnatio originalis peccati soluta est per gratiam Christi, quamvis actu remaneat fomes peccati: damnationem vero actualis peccati non incurunt, quia non ambulant secundum carnem. In infidelibus vero

QVOLIBET. IIII. TIA. III. ART. XXIII.

manet peccatum originale non solum actu, sed etiam reatu, ideo est in eis aliquid damnationis ex parte originalis peccati, non autem ex parte actus, si concupiscentia non consentiant. Ex hoc ergo non sequitur, quod in infidelibus primus motus inducat damnationem peccati mortalis, sed sequitur quod habeat annexam damnationem originalis peccati.

**A**d SECUNDVM dicendum, qd debitum originalis iustitiae pertinet ad ipsam personam infidelem ratione humanae naturae, quam a primo parente traxit, cui collata est originalis iustitia: & ideo id, quod pertinet ad defectum originalis iustitiae, pertinet ad peccatum naturae, scilicet ad peccatum originale, non autem ad peccatum actuale, quale est peccatum mortale.

Q V A E S T I O X I I .

A R T I C U L U S XXII.

Vtrum pueri non exercitati in præceptis, debeant recipi in religione.

23. q. 189. 21<sup>o</sup>  
2. o. & 2. 9. &  
q. 100. 22. 3.  
ad 4. & ad  
17. huic

**Q** VAESTITO est, vtrum pueri non exercitati in præceptis, sint recipiendi, vel obligati votio, vel iuramento, vel beneficijs alliciendi ad ingressum religionis: & videtur, quod nō. Persepio enim consiliorum, ad quam ordinantur religiones, a Christo exordium sumptit: sed Christus primo consilium perfectionis dedit adolescenti, qd præcepta seruauerat, vt patet Matth. 19. ergo soli illi, qui sunt exercitati in præceptis, sunt ad religionem obligandi, vel recipiendi.

**¶ 2** Præt. Greg. dicit super Ezech. Nemo repete summus, sed in bona cōuersatione a minimis quis inchoari, vt ad magna perueniat: sed magna sunt consilia, qd pertinent ad perfectionem vitae, minora aut sunt præcepta, qd pertinent ad omnē iustitiam. ergo prius debent pueri exercitati in præceptis, quam ad consilia inducantur.

**¶ 3** Præt. Exod. 21. dī. Si quis aperuerit cisternam, decideritq; bōs, vel asinus in eam, dominus cisterna redder p̄tū iumentorum: sed ille qui aliquis puerum nondum in præceptis exercitatum ad religionem inducit, quodā modo aperit ei cisternā, quia pleriq; tales religionem ingredientes egrediuntur, & in desperationem incidunt, quasi in quandam spīritualē cisternam. ergo videtur, qd ille qui cum inducit, hōc ei imputetur ad peccatum.

**¶ 4** Præt. Illud qd est expediens communī virilitati, non est tollendum: sed expedit communī virilitati, qd homines propria libertate viuant ad bonū faciendum. ergo non est aliquibus auferenda talis libertas per obligationem voti, vel iuramenti.

**¶ 5** Præt. Beatus Benedictus monachorum institutor almificus in sua regula statuit, qd venientibus ad religionē non sit facilis præbendus ingressus, sed probandū sit an spiritus Deo sit. ergo multo minus sunt aliqui muneribus, vel beneficijs alliciendi.

**¶ 6** Præt. Greg. dicit, & habet in decretis distinctione 48. Scimus qd discipi parientes nō prius tignorū pondus accipiunt, nisi nativitas sūz humore siccetur, ne si ante pondera quām solidentur accipiant, cunctam simul ad terrā fabricā deponant: sed pueri qui nondum sunt exercitati in præceptis, sunt quasi parientes nondum desiccati. ergo non sunt eis impoñenda uoga, id est graviora religionis instituta.

**F** ¶ 7 Præt. Status religionis, est status poenitentiae: sed pueri, excipiuntur ab omni poenitentia coercitione, vt habetur in Decretis de poenitentia, dist. 4.

**¶ 8** Præt. Sicut dicitur 20. q. 3. Quod quis non operatur, nec eligit, profecto non diligit: quod autem nō diligit, facile contemnit: sed pueri antequā sunt exercitati, non habent firmam electionem, ergo nec firmam dilectionem facile ergo religionē contemnent, si in tali arte ad religionem inducentur.

**¶ 9** Præt. Prou. 14. dicitur. Substantia festinata minuitur: sed vñ esse nimia festinatio qd aliquis ad consilia conuolat nondū in præceptis exercitatus, ergo vñ qd bonorum spiritualium substantia de facilimūnatūr. ergo non sunt ad religionem inducenti.

**¶ 10** Præt. Non minor cura est adhibenda in ingressu religionis, quam in susceptione ordinis: sed in ordinibus prohibentur ad maiores accedere, qui minores non acceperunt. ergo etiam nec debet aliquis ad obseruantiam consiliorum religionem transire, nisi prius præceptis obseruat.

**¶ 11** Præt. Duo sunt homini necessaria, intelligere verum, & operari bonum: sed intelligendo verum stultus reputaretur qui prius ad difficultiora se transterrat, quam leviora intelligeret, ergo stultus est in comparatione boni, quod aliquis prius transeat ad consilia, quam in præceptis exercitetur.

**H** ¶ 12 Præt. Cuilibet in religione existenti convenienter curam agere aliorum, vel faltem sui ipsius: sed in his qui eliguntur ad aliquam curam, ecclasiasticam, oportet eligere meliores, ergo oportet eos quid religionem assumuntur, eligere meliores: hi autem sunt qui sunt exercitati in præceptis, ergo tales sunt ad religionem inducenti.

**¶ 13** Præt. Illud quod est in se bonū, si ex eo sumat peccati occasio, est abiiciendū, sicut leprosus aneus quē Moyles fecerat ex mādō Dñi ad sanandum filios Israēl, vt habeat Numeri 12. Ezechias cōsulit, qd ex eo sumebatur idolatrie occasio similiter etiā quis benedictio sit secundum se bonā reprehendit, si minor præcente maiore benedict. Cu ergo aliq; inexcusat in præceptis sumāt occasione peccati ex ingressu religionis ab ea recedentes, quās religio sit secundum se bona, tamen videbit qd in exercitatis ad religionem induceret iurandum.

**I** ¶ 14. Præt. Greg. dicit, & h̄ in Decretis distinctione 48. Casum appetit qui ad summū loci fastigia postpositis gradibus p̄ abrupta querit ascensionem pcedere ad cōsilia nō obseruatis præceptis est pollicere gradum. ergo videtur qd hoc casum quāp; rere, & ita ad hoc non sunt aliqui inducenti.

**¶ 15** Præt. Damasc. dicit in 2. lib. qd non est iniurie inexpertum existentem & improbatum incorruptionē frui, vt non in superbiam incidat, & in laqueos diaboli, ergo patiratione non estimulare improbatos & inexpertos in præceptis ad statum contemplationis afflui, ad quem religio ordinatur.

**¶ 16** Præt. Greg. dicit in 6. Moral. post Liz amplexus ad Rachēlem Iacob pertinet, quia perfectus quisque ante actionē vita ad secunditatem iungitur, & post contemplatiū ad requiem copulatur: sed actua vita consistit in obseruantiā præceptorum, status autem religionis pertinet ad vitam contemplatiū, ergo non sunt aliqui ad religionem inducenti, antequā sunt in præceptis exercitati.

**K** ¶ 17 Præt. Nulla p̄missio est facienda, cuius solutio non est licita: sed soluere aliqd aliqui pro ingressu religionis

religionis non est licitum. vnde df 1.q.2.c. Quapro. A Numquā legimus Deum discipulos, vel eorum ministerio conuersos, quempiam ad Dei cultū aliquo muneri interuentu provocasse. ergo nō sunt aliqui promissionibus ad religionem alliciendi.

¶ 18 Præt. Nullus qui non est exercitatus in armis, secundum leges est admittendus ad militiam corporalem: sed religio est status militia spiritualis. ergo non sunt aliqui recipiendi ad religionem, nisi prius exercitatus præceptis quāsi in quibusdam spiritualibus armis.

¶ 19 Præt. Qui non potest se obligare ad minus, nō potest se obligare ad maius, nisi sit necessarium: sed puer ante decimum quartum annum non potest se obligare ad matrimonium quod minus est. ergo multo minus ad religionem.

¶ 20 Præt. Legi⁹ Marci 5. q⁹ Dñs demoniacū curatū non permittit seū intrare naūm, que significat crucem & religionē: per dæmoniacū autem curatum signantur homines a peccatis conuersi. ergo non sunt ad religionem accipiendi peccatores statim conuersi, antequām in præceptis exercitentur.

¶ 21 Præt. Bonorum operum fructū habere debemus, quando de Aegypto eximus, vt dicit quādam glo. Exo. 12. sed exire de Aegypto, est exire de mundo religionem intrando, ergo illi qui volunt religionem intrare, debent prius fructū bonorū operum habere per obseruantiam præceptorum.

¶ 22 Præt. Aug. dicit in lib. de sermone Domini in monte, q⁹ omnis p̄sumptio est coercenda: sed magna p̄sumptio videtur esse quād aliquis velit ascendere ad arcem consiliorum, nondum obseruatū præceptis. ergo tales sunt coercēdi, & non allicient di ad religionis ingressum.

¶ 23 Præt. Aug. dicit in eodem lib. q⁹ majora maioribus, & minora minoribus sunt exhibenda: sed cōfilia sunt majora, ergo non sunt pueris inexercitatis exhibenda, & ita pueri nondum exercitati in præceptis non sunt ad religionem trahendi.

**Sed contra** est, quod dicitur 20.q.2. Sic in quilibet & infra. Parentibus sicut filios suos ad religionē tradere non amplius quāl vltra decimum quartum annum atatis sue licentia esse poterit. Postea vero aut cum voluntate parentum eorum, aut si sue denotionis sit sollicitarium votum, erit filii lictum religionis assumere cultū: sed post quartumdecimum annum non statim sunt homines in præceptis exercitati. ergo posunt religionem ingredi pueri antequām sint in præceptis exercitati.

¶ 24 Præt. Maius est quād aliquis assumatur ad regimēn sui & aliorum, quām quād recipiat in religione, in qua sub regime alterius viuit: sed Salomon adhuc puer existens assumptus est ad regnum sui & aliorum. Vnde dicitur 1 Para 29. Locutus est David rex ad omnem ecclesiā. Salomonē filium meum elegit Deus adhuc puerū & tenellum. ergo multo magis possumt pueri non exercitati in præceptis ad religionem recipi, vel induci.

¶ 25 Præt. Illud votum non est illicitum, ex quo non redduntur aliqui re: si solvant: sed sicut dicit Ambrosius. illæ que in pueribus annis continentiam voverunt, non constituantur tērā, si votum exulant, ergo quād aliqui vota astringantur ad religionem in pueribus annis non est illicitum.

¶ 26 Præt. Nihil est illicitum, per qđ aliquis a bono nō retrahit: sed qui puocā ad meliora, non retrahit a bono. ergo cū status religionis sit melior, in quo

obseruantur consilia, quām status vita secularis, in quo simpliciter obseruantur præcepta, videtur q⁹ non sit illicitum inducere pueros ad religionē votō, vel iuramento, aut etiam beneficio antequām in præceptis sint exercitati.

¶ 27 Præt. 20.q.1 dicitur. Firma tūc erit virginitatis professio, ex quo adulta īāetas esse cōperit, & quā folē apta nuptijs deputari: sed nō statim in hac āta te viri, vel mulieres sunt in præceptis exercitati. ergo antequām aliqui in præceptis exercitentur, liceat possunt religionis astringi votō, vel iuramento.

¶ 28 Præt. Si talis obligatio est illicita, sūqua pueri nō exercitati in præceptis votō, vēl iuramento ad religionē obligantur, aut hoc esse quia est fm se mala, aut quia est prohibita: sed non est fm se mala, qā sic execūtio, sive adimplatio promissionis est per ior, & perseverantia pessima, cuius contrarium videmus: quia adimplentes ea q̄ promiserant in pueris libanis, & in promissis perseverantes, maxime cōmendantur. Similiter ēt non est illicita talis obligatio, qā prohibita. Non n. prohibetur lege veteri. Dī. n. Num. 30. Mulier si quippiā voverit, & se cōstrinxerit iuramento, q̄ in domo patris sui & in āta te adhuc puellarī, si cognoverit pater votum quod pollicita est, & iuramentū quo obligauit animam suā, & tacuerit, voti rea erit: quicquid pollicita est & iurauit, opere complebit: sūn aut̄ vt audierit, contradixerit pater, & vota, & iuramenta eius irrita erūt, nec obnoxia tenebitur spōsioni, eo quod cōtradicēt pater. Similiter ēt non est prohibitum in iure canonico, qā in decreto Leonis Papē hāc eadem authoritas inducit. Similiter ēt non est prohibitum lege Euāgeliij, q̄ maxime induci homines a recessō dō a mundo, & ad sequendum perfectionis opera. ergo licitū est obligare votō, vel iuramento pueros nondum exercitatis in præceptis ad religionem.

**Respon.** Dicendum, q̄ hoc quod pro questione h̄c inducitur, dubitationē non habet, nisi quod quidam contentionē studentes veritātē obnubilare conantur. Vnde hic locū habent verba quā Aug. dicit in 2. de cui. Dei. Nam qm̄ ille est maior & tertior in pleniorum morbus animorū, quo irrationabiles motus suos ēt post rōnēm plene redditā sive nimis excitatae, quā nec aperta cernuntur, sive oblitissima percutiā, quā & ea quā cernuntur non feruntur, tamquā ipsam rōnēm veritatēque defēdunt, fit necessitas copiosius dicendi plerumq; res claras velut ea non folum spectantibus intuendas, sed quodammodo tangendo palpantibus offeras: & tñ quis disceptādi finis erit, si respondendū est ipsi respondentibus nos existimemus? nā qui vel non possum intelligere quod vel tam duri sunt pueritate mentis, ut eiam si intellexerint non obdiant, & respondentes loquuntur iniquitatem, argū infatigabilitē vani sunt: quorum dicta contraria sī totiens vclimus refellere, quotiens obnoxia fronte statuerunt, non cogitare quid dicant, dum quocūque modo nostris disputationib⁹ contradicant, quām sit infinitū, & crumulosum, & in fructuofum vides. Erit ergo h̄c modus feruandus, ut ueritas manifeste & quāli palpabilitē ostendatur: & si quā in contrarium dicta fuerint, quāli aliud pondus non ūbant, contemnatur, ne semper oporteat inutiliter eadē replicare. Sed si quis contrarium dicere voluerit, scribat quod dicit, ut alij intelligentes dijicare possint, an doceat ueritatem.

Primo ergo circa propria questionem ut singula

## QVOLIBET. IIII. ARTIC. XXIII.

gula discutiamus, considerandum est pueros ē infra annos pubertatis in religionē recipi non est fm se malum, immo est expediens & fructuosum: qā illud quod a pueritia assūscimus, semper pfectius & firmius tenemus, fm illud Prou. 22. Adoleſcens iuxta viam suam graditur, & ē cū senuerit, non receder ab ea. & ideo Apostoli instituerunt vt pueri & infantes ad christianā religionē recipieren, vt in ea nutriti, firmius & perfectius ei inhaerent. & hoc est qd Dion. dicit in vlti. ca. ecclēsia. hierar. Secundum legem sanctam confirmati infantes ad habitum sacerdotum habebunt cōsuetudinem, ab omni remoti errore & immundæ vita expertes, hoc diuinis nostris ducibus. i. Apostolis ad mētem venit, & visum est suscipere infantes. Multo aut̄ magis excedit christiana infidelium vitam, q̄ vita religiosorum vitam sacerdotalium, præsterrim cu in primis ecclesia omnium christianorum erat perfeccissimus religionis status, fm illud Act. 4. Multitudinis credentium erat cor vñ, & anima vna: nec quisquam eorum quā possidebat aliquid suum esse dicebat, sed erant illis oīa cōmunita, ad cuius vita exemplar omnes religiones sunt instituta: & ideo religioniū insti tutores ex eadem causa qua Apostoli, moti sunt ad recipiēdum infantes in religionē, ut paret de beato Benedicto, qui vt in 2. dialogorum legitur, recepit nutrīdum in religionem Maurum duodemnum, & Placidum septemnum. Est tñ quedam differētia circa hoc attendenda. Nam pueri annos pubertatis ex naturali iure sunt sub cura parentū, propter hoc q̄ patiuntur discretionis defectū, fm quem possint beate regere scip̄os. & ideo in hac ætate possunt quād religioni tradi, si a parentibus offerant, & erit rata traditio, præcipue si cum ad annos pubertatis peruenient, tam habuerint paternam oblationē. Vnde Greg. dicit, & habetur 20. q. 1. Addidisti. Si pa ter, vel mater filiū filiamque intra septa monasterij in infantia annis sub regulari tradiderint disciplinam, utrum licet eis postquām pubertatis impleverunt annos egredi, & matrimonio copulari, hoc omnino deuiriāt, qui nephas est ut oblati a parentibus Deo filiis voluntatis frēna relaxentur. Si autem in hac ætate propria sp̄ote si religioni tradiārunt, potest hoc per assensum, vel dissimulationem parētū ratū esse, unde dī 20. q. 2. Si in qualibet minori ætate vel religionis tonsuram, vel religioni velē debitam, in vitroque sexi filiis aut viris, aut ambo parentes dederint, aut forte vel nolentibus, vel ne scientibus, parentibus a se suscep̄tā, non mox nō fam in filiis abdicauerint, sed vel coram se, vel episcopo palamque in cōuentu codem filios talia habere permiserint, ad sacerdotalem reverti habitum filiis ip̄is quandoque penitus nō licebit. Si vero pueri annos pubertatis transcederint, possunt ēt inuitis parentibus ad religionem trāsire, nec sunt repellendi, immo magis aduocandi. Ut enim Greg. dicit in quadam homelia. Ad uitam bonā alius in pueritia, aliis in adoleſcentia, aliis in iuuentute, aliis in senectute, aliis in decrepita ætate perducitur, & cū in nulla ætate sint repelliendi, minus tamen sunt repellendi in pueritia. Dicit enim Chrys. super Matthē. Quis meruerit appropinquare Christo, si repelletur ab eo simplex infanta? nam si sancta futuri sunt, quid ueratis filios ad partem uenire? Si autem peccatores futuri sunt, ut quid sententiam cōdemnationis proferitis, ante quām culpam videatis? quam quidē damnationis sententiā proferunt ali-

qui, cum dicunt, Non sunt recipiendi pueri ad religionem, quia exibunt, & peiores efficiuntur; sed qd addunt quidam, q̄ oportet pueros prius exercitari in præceptis, & poste transire ad cōsilia obseruanda in religionē, ex falso intellectu pcedit. Arbitrantur enim quod præcepta præparent viam ad consilia. Non est autem sic, immo potius consilia parant viam ad præcepta seruanda: quia per consilia removet homo a rebus sacerdotali, circa quas occupatus difficile est q̄ innocentiam seruer. Vnde Hil. dicit super Matthē. Graue onus innocentia subiicit invenientis opū occupata Rem. n. solius famulus Dei non sine facili vitis assequitur. & ideo Dñs dicit Matth. 19. q̄ difficile est qui pecunias habeant, intrare in regnum cœlorum, quia difficile est q̄ homo præcepta seruer, quibus intratur in regnum, nisi sequitur consilia diuitias relinquit: & ideo pueri hoc q̄ innocentiam seruare possint in obliterantia mandatorum sunt præparati, & quodammodo no preuenienti in exercitio cōsiliorum, nec sunt repellendi, quām ineruditū videantur in præceptis. Dicin enim Origenes super Matthē. Quidam puerile sermonem habentes offerunt saluatori pueros & infantes. Qui autē videntur perfidiores, priuilegiū dicant, ad rationem iustitiae reprehendunt eos qui pueros & infantes adhuc minus eruditos offerunt Christo. Dñs autem horratus discipulos suis descendere utilitatibus puerorum. Hoc ergo debemus attendere, ne estimatione sapientia excellētioris cōtemnamus quasi magni pupillis ecclēsī, prohibētes pueros venire ad Iesum, sed q̄ vitēs queritur, an ante religionis ingressum sit votum vel iuramento ad religionem obli gandi, manifestet q̄ sic. Sicut. n. in malo quanto voluntas ei magis obfirmata ad malum, tāto peior efficit in obstinatis patet, & qui ex malitia peccant ita etiā in bonis ratiōne voluntas melior est, quanto ei magis fita & astricta ad bonum. Cum ergo bonum sit q̄ pueri ad religionē veniant, multo melius est q̄ eorum voluntas sit ad hoc firmata, qd sit votū vel iuramento. Vnde & Dauid dicetab. Iurauit, & statu custodire iudicū iustitiae tuę. & Aug. dicit in ep̄. ad Paulinam, & Aromaticarium. Felix necessitas, quād meliora compellit. Ultimo autē considerandum restat, an sint beneficij allicendi, & si quidem cōueniente, vel pacto pretium alicui derur, vel quodcumq̄ terrenum beneficium, ut religionē intrer, hoc efficitum. Si autem aliquis ei aliqua beneficia temporalia conferat, vt auferat impedimenta, quibus impeditur a religionis ingressu: vel etiam vt eum nutrit, vel doceri faciat ad hoc, q̄ sit religio iapetus, hoc non est illi ciuiti, sed est laudabile. Similiter & beneficij temporalibus aliquis aliquę allicit, vt ei fauorabile sibi reddat, nō intēdens gloriam propriā, sed gloriā Dei, & proximi salutem, laudabile est, sicut & Apostolus de seipso dicit 1. Cor. 10. Per oīa omnibus placebo. Deus etiam aliquos temporalibus beneficij allicit ad bene agendum. In ecclēsī etiā quibuldam temporalium distributionibus allicitur aliqui ad ecclēsī de seruanda, non q̄ premium accipiāt, sed sunt quād secundario illestita ad seruandum Deo, sicut & Dominus dicit Matth. 6. Primo querite regnum Dei, & iustitiam eius, & hec omnia, scilicet necessaria vita, adiacentur vobis.

AD PRIMVM ergo dicendum, q̄ sicut Christus ad cōsilia inuitauit adoleſcentem in præceptis exercitū, ita etiam vocauit Matthēm publicanum non exerce-

QVODLIBET. III. ART. XXII.

30

exercitatum in præceptis, sed peccatis implicatum: ex quo accipere possumus, quod ad consilia obseruanda in religione aduocandi sunt non solum exercitati in præceptis, sed etiam non exercitati.

AD SECUNDUM dicendum, quod diueritas graduum dupliciter attendi potest. Vno modo, in diueris statibus, seu conditionibus, & sic non oportet, quod qui tendit ad maiorem statum, vel conditionem, prius exercetur in minori statu, vel conditione: sicut videmus, quod illi qui volunt fieri milites, non prius exercitabantur in lanificio, sed a pueritia exercebantur in militia. Similiter qui volunt fieri clerici, non prius exercetur in vita laicali, sed a pueritia infraeuntur in vita clericali: & hoc modo qui volunt religiosi fieri, non oportet quod prius exerceatur in vita seculari, sed optime est eis si a pueritia exerceantur in vita religiosa, quia magis poterunt in ea proficere. Vnde dicitur Thren. 3. Bonum est viro cum portauerit iugum Domini ab adolescentia sua. Alio modo, possunt accipi diuersi gradus in eodem statu, vel conditione: & hoc modo dicit Gregorius, quod in qualibet bona conuersatione incipendum est a minoribus, ut ad maiora perueniat. Sicut enim milites a rudimentis militia, & clericia rudimentis clericatura: ita etiam & religiosi incipiunt a rudimentis religiosis, ut proficiantur usque ad summum.

Ad tertivā dicendum, q[uod] duplex est occasio. C  
data, & sumpta. Tunc quidem dat aliquis occasionē  
allicui ruendi, vel in cisternam cadenti, q[uod] facit ali-  
quid, vel dicit minus rectū, ex quo datur proximo  
occasio ruina, & tūc ruina proximi imputatur dan-  
ti occasionem. Aliquando autem non est occasio-  
data, sed sumpta, puta, cum aliquis inducit aliquem  
ad bonum, & ipse ex hoc sit deterior, non est reli-  
quanda monitio bona ppter hoc, q[uod] ille sumit inde  
occasionem ruina. Vnde & Dominus non dimisit  
prædicationem veritatis propter scandalum Phari-  
seorum, vt haberet Marthā i. 5. Et August. dicit in  
epistola ad Fiacium, & habetur 23, q. 4. Ipse pietas, &  
infra. Quod si plurimi essent in domo ruitura, &  
inde saltēm unus liberati posset, atque id quia face-  
re conaremus, alij semetipios præcipito necarent,  
doleremus de cæteris, verum de vnius saltēm salu-  
te consolaremus.

**AD QUARTVM** dicēdū, **¶** libertas necessitatē coa-  
tioṇis opponit, quā est necessitas absoluta, & talis  
necessitas est cohibēda: sed necessitas que est ex sup-  
positioṇe finis nō opponitur libertati, & tali nec-  
essitate expedit ut ad cōcēm vtilitatē, alioquin nec pa-  
cta promissioṇib[us] firmata, nec iuramēta in rebus  
humanis fieri deberet. Multo aut̄ magis p[ro] h[ab]mō ex-  
pedit hoīes obligari ad diuinā, qua fuit meliora.

AD QVINTVM dicendum, quod difficultas ingressus obseruatur in religionibus per hoc, quod datur intrantibus annus probationis, in quo difficultates religionis experuntur.

AD SEXTVM dicendū, q̄ parieti nondum desicca  
to non est onus tignorum imponendum, tñ non  
prohibetur qui in paries desiccatur. Desiccatur  
autē paries a prauo humore secularis affectus p̄ re-  
ligionem, & ideo contingit q̄ prius exercitetur ali-  
qui in religione, q̄ cis onus prælationis, aut sacro-  
rum ordinum imponatur, & de hoc onere loqui  
Gregorius, vt patet per ea quæ praecedunt in il-  
lo capitulo, & in 2. Homelia in Ezechielim.

Ad vii. dicēdū, q̄ status religionis & est status p̄nitentia, & est exercitium, siue schola perfectionis:

vnde ad religionem recipiēti sunt peccatores propter penitentiam, & recipiendi sunt pueri innocentes quasi in schola quadam perfectionis, ut perfectius innocentiam conseruent.

**A DOCTAVVM** dicendum, quod si omnino iniurii pueri in religionem inducerentur, timendum esset de casu futuro: sed ex quo, propria voluntate se obligant, ac religionem ingrediuntur, non habet locum ratio inducta.

**AD NONV dicendum,** q̄ sicut magnum & paruum, multum & paucum, secundū Philosophum dicuntur relatiue, ita & festinatum, siue velox, & tar- dum. Nā festinatum, siue velox, et quod in paruo tempore multum mouetur. Illa ergo substantia minuitur, que est festinata in respectu ad debitum modum, puta, si aliquis aliquę statum aggregat statim a principio contemptis rudimentiis illius status ea, quae sunt perfectorum in statu illo, attentare vellet. Non est autem substantia festinata, si exercitium pfectio[n]is & quasi quadam scholam, que est religio, a pueritia aliquis aggrediat[ur]. Tātum est enim culmen perfectionis, vt etiā si à pueritia quis h[ab]et pfectio[n]em aggrediat[ur], semper habet vbi proficiat, sicut & Aug. dicit ad Volvianum de doctr. christ. Tanta est, inquit, christianarum profunditas literaturum, vt in eis quotidie proficerem, si eas solas ab ineunte pueritia usque ad decrepitā senectutē summo studio, meliore ingenio conaret addiscere.

Ad x. dicendum, quod diversi ordines sunt quasi diuersi gradus vniuersi clericalis vite, & ideo oportet ut a minoribus incipiat, qui ad maiores tendit. Non autem oportet quod qui tendit ad sacros ordines, & exercitetur in his que pertinent ad inferiorem statum, laicis, scilicet vita: & similiter in vita religionis oportet quod a rudimentis eius incipiat, qui religionem ingreditur, vt ad summum apicem religionis pertinere possit, non tamen oportet eum prius esse exercitatum in seculari vita.

A⁹ xi. dicendum, q̄ in intelligibilibus eti⁹ oportet q̄ aliquis a minoribus in eadē scientia incipiāt, vt ad maiora perueniat, non tamē oportet quod̄ quicunque vult addiscere aliquam sc̄ientiam maiorem, q̄ exercitetur in qualibet minori: sicut qui volunt addiscere liberales artes, non oportet q̄ prius exercitetur in mechanicis, sed solum hoc oportet quando minor scientia parat viam ad maiorem. Vi ta autem secularis non parat viam ad religionem, sed magis ab ea abducit, Vnde Greg. dicit in princ. moralium. Cum adhuc me cogerer animus presen ti mūdo quasi speciemenus deseruisse, ceperunt mul ta ex eiusdem mundi cura succrefcere, vt in corum iam non specie, sed quod est grauius, mente retine rer. Econtra autem obſeruantia conſiliorum pa rat viam ad tutius & perfectius præcepta diuinā obſeruanda, qua necesse est in ſeculari uita obſeruari.

**A d x i.** dicendum, q̄ ratiō illa in multis deficit. Primo quidem, q̄ ille qui religionem intrat, nō ad hōc eligitūr, vt lū, vel alterius curā gerat magis q̄ ante, sed magis vt sit sub cura & obediētia alterius. Secundo, q̄ hoc non conceditur ab omnibus, q̄ necesse sit eligere meliore ad regimē plationis. secundum quodā sufficit eligere bonum. Tertio, q̄ si oportet eligere meliorem ad plationem, non qđem oportet simpliciter meliore eligere, sed meliore, i. magis idoneum ad hoc: pueri autem eis non sint meliores simpliciter quam adulti, sunt tāmē magis idonei ad hoc, ut in religione nutritiārū, ad hōc

### Q VOLIBET. IIII. ARTIC. XXIIII.

Vnde Anselmus in lib. de similitudinibus comparat eos qui a pueritia nutruntur in religione angelis, alios autem hominibus: quia angeli a principio, homines processu temporis ad vitam æternam perueniunt. Quarto, quia ad episcopatum non eligitur nisi virus, & ideo maior necessitas est & melior aſlumatur, q̄ de intrantibus religionem, q̄ plures accipi possunt.

AD XIIII. dicendum, quod non solum illud quod est peccatum, præbet occasionem ruinæ, sed etiam illud quod habet speciem mali. Vnde & Apo. dicit 1. ad Thesalonenses ultimum. Ab omni specie mala abstine vos. Et quia serpens æneus, et si secundum se esset bonus ex sua institutione, tamē speciem habebat mali propter similitudinem idolatriæ: ideo apud eos qui erant ad idolatriam proni, non erat dimittendus, sed laudabiliter fuit subtrahitus. Introitus autem religionis nec est secundum se malum, nec habet speciem mali. Benedictio autem et si sit de genere suo bona, tamen ad hoc quod sit actus virtutis, exigitur quod sit vestita debitis circumstantijs, ut sit conueniens & persona, & loco, & tempore. Non est autem conueniens persona, quando minor præsente maiore benedit, quia sicut dicitur ad Hebreos 7. Sine villa contradictione, quod minus est, a maiore beneditur.

AD XIII. dicendum, q̄ ille qui accedit ad consilia, non querit ascensum per abrupta postpositis gradibus, sed magis refecit quæ possunt hominem impedi dire ab obseruatione præceptorum, sicut dictum est.

AD XV. dicendum, quod secundum dictum Damasceni, magis esset contrarium conciliandum. Ideo enim Deus hominibus etiam post regenerationem incorruptibilitatem non statim addit, quia hec non esset eis utile, sed superbiendi occasio. Abundantia enim temporalium & corporalium bonorum est materia superbiae, & ideo utile est homini ad superbiā vitandam, ut ad consilia transeat, temporalia bonorum superabundantiam derelinquens.

AD XVI. dicendum, quod amplexus Rachelis significat quietem contemplationis, ad quam etiam consilia sequentes non statim a principio peruenire possunt, sed post longum exercitium bonorum operum: facilius tamen ad prædictam quietem perueniunt per obseruantiam consiliorum, quam per exercitium mandatorum in vita seculari.

AD XVII. dicendum, quod si beneficijs temporibus aliqui allicantur ad religionem cum pacto, sicut pater in empione & venditione, est illicita solutio. Si autem aliquis aliquid prouideat sine pacto, non est illicita solutio: vnde post præmissa verba in eodem capite subiungitur. Nisi forte de pauperum alimento quis inconcurre proponat, & iterum subdit. Dum tamen absit pactio, & oīs esset conuentio.

AD XVIII. dicendum, quod si status religionis, quantum ad eos qui in eo proficerint, est spirituialis militia: quantum vero ad eos qui de novo intrant, est quasi cuiuscum tyrocinij exercitum. & ideo oportet ad maiorem profectum, quod a principio aliquis huiusmodi exercitium subeat, sicut & de exercitio militare temporalis Vegetius docet in libro de re militari.

AD XIX. dicendum, quod obligatio perficiens matrimonium corporale non potest fieri ante annos pubertatis, cui obligationi similis est professio, quæ fit in religione ad perpetuo remanendum in ea: sed ante annos pubertatis potest fieri aliqua spacio futuri matrimonii, sicut est in sponsalibus, cui

F assimilatur obligatio quæ fit ad religionem. AD XX. dicendum, quod sic in globo ibidem expōnit, per hoc quod daemoniacus curatus volebat esse in naui cum Christo, significatur desiderium eorum qui sunt a peccato mundati, in quo cupiunt disfolum & esse cum Christo, & hoc non statim ei conceditur, sed oportet quod prius in hac vitaliborent annuntiando verbum Dei. Vnde pater non est ad propositum.

AD XXI. dicendum, q̄ quanto aliquis magis exercitatus in bono, ex Aegypto, i.e. ex seculo ad religionem transit, tanto facilius in ea proficere potest, sed quia in saeculari vita imminent multa pericula, quibus huiusmodi exercitum virtutis impeditur, virtus est quod a principio impedimenta diripiat per obseruantiam consiliorum.

AD XXII. dicendum, q̄ difficilis est obseruare præcepta in vita saeculari, quanto in vita religiosa. Magis enim virtus requiritur ad hoc, quod aliquis in seculo viuens se immaculatum a vita saeculi conservet. Vnde dicitur Eccles. 3. 2. Beatus diuus, qui invenientur esse sine macula, & postea subdatur. Quid est hic & laudabilis eum? fecit enim mirabilia in vita sua. Et ideo maioris presumptionis esse videatur, si tamen sit presumptionis, quod aliquis in seculo viuens considerat se immaculatum, quam quod tanquam virtus se non existimans ad religionem transeat, scilicet a peccati macula conservetur ad modum Iacob, qui cum statuta pusillus esset, ad hoc quod Christum videret, ascendit arborem sycomororum, iacuit, per quam religio designatur.

AD XXIII. dicendum, quod in unoquoque statu majora minoribus sunt attribuenda, & tamen qui ad maiorem statum proficeret vult, oportet quod dum minor est, primordia illius statutus accipiat, secundum illud Eccles. 25. Quia in inventu tua uero congregasti, in senectute quomo do merces & ideo ad hoc quod aliquis perueniat ad perfectionem religionis, oportet quod a principio statutis suarum ad huiusmodi assuefaciat.

### ARTICVLVS XXXIIII.

Vtrum consilia ordinantur ad præcepta. SECUNDO queritur, utrum consilia ordinantur ad præcepta. & videtur quod non. Illud, ad quod ordinatur aliud, posterius est, quia finis est prior in intentione, & posterior in executione: sed obseruationem præceptorum constat esse prior in executione, q̄ implationem consiliorum, ut pater Matthiæ 19. de adolescenti qui dixerat se seruasse legis præcepta a iuventute sua, cui datur cōsilium perfectionis. ergo videtur q̄ consilia non ordinantur ad præcepta, sed ad finem, sed potius econuerso.

¶ 2 Præter finis est perfectior his quæ sunt ad finem sed consilia sunt perfectiora præceptis, quia consilia pertinēt ad perfectionem statutum, præcepta autem pertinent ad communem iustitiam, vnde & consilia præceptis superadduntur, ut pater hoc quod Matthiæ 19. Dominus dicit adolescenti, qui præcepta seruauerat. Adhuc unum tibi deest. Si vis perficere cōsilium &c. ergo consilia non ordinantur ad præcepta, sed potius econuerso.

¶ 3 Præ Secundū Philosophi in 2. Phys. Sicut se habent principia ad conclusiones, ita se habent fines ad ea, q̄ sunt ad finem: sed talis est habitus principiorum ad conclusiones, q̄ positis principijs ponuntur conclusiones, nō autē econuerso, quia contingit ex falso syllogizare verū, ergo talis est habitus finium ad ea quæ

ea quæ sunt ad fines : sed positis præceptis non ponuntur consilia, multi enim obseruant præcepta, qui non obseruant consilia ergo consilia non ordinantur ad præcepta sicut ad finem.

¶ 3 Præt. Aug. dicit in lib. de sancta virginitate. Mirabiliter desipiūt, qui pp prælens sæculum virginitatem esse solum obseruandam sentiunt : sed obleratio præceptorum pertinet ad præsens sæculum . ergo consilium virginitatis non est implendum propter præcepta, & eadem ratio est de alijs consilijs.

¶ 4 Præt. Præcepta pertinere videntur ad vitam actiūam, consilia autem ad vitam cōtemplatiāam. Vnde Matthæi 19.vbi enumerantur præcepta legis, dicit gloſa. Ecce vita actiūa. vbi autem postea subditur. Si vita perfectus esse & exi. dixit. Ecce vita contemplatiāa: sed vita actiūa ordinatur ad contemplatiāam, & non econtraario. ergo præcepta ordinantur ad consilia, & non econuerso.

¶ 5 Præt. Dominus bis miraculoſe legitur turbas reſcīſile. Primo quidem, qm̄ fatiauit quinque milia hominum ex quinq; panibus & duobus pīſcībus, vt legitur Matth.14. Secundo, qm̄ de septem panibus & paucis pīſcībus, fatiauit quatuor milia hominum, vt habetur Matth.16. & sic dicit gl. Matth.14. Quinque milia pro quinque ſenſib⁹ corporis, ita lunt qui in ſeculari habitu exterioribus recte vī nouerint, hi quinque panibus, ideſt, legalibus præceptis adhuc neceſſis eſt, vt inſtruantur. Nam qui mundo integrē renunciat, quatuor milia ſunt, & septem panibus, ideſt, euangelica perfectione, ſunt ſimiles: & ſpirituali gratia reficiuntur: fed primo paut Dominus quinque milia hominum ex quinque panibus, quām quatuor milia ex septem. ergo præcepta ſunt prævia consilijs, & non econuerso.

¶ 6 Præt. Diſpoſitiones pcedunt perfectionē, & ordinantur ad ipſam: ſed pcepta ſunt diſpoſitiones ad cōſilia, dicit n. gloſa. Hierō in principio Marci. Quatuor ſunt qualitates, de quibus ſancta euāgelia contexuntur, præcepta, mandata, teſtimonia, exempla. In præceptis iuſtitia. In mandatis charita. In teſtimoniis fides. In exemplis perfeſio, ad quam pertinet consilia, & non econuerso.

¶ 7 Præt. Primo non eſt aliquid prius: ſed ſicut dicit quādem gl. ſuper Psalmit. Charitas primo mouet pedem ad redditum vita: deactū autem charitatis dantur præcepta. ergo nihil eſt prius in vita ſpirituāli, quām præcepta. non ergo consilia ordinantur ad præcepta, ſed potius econuerso.

¶ 8 Præt. Super illud Psal.30. Sicut ablatus ſuper matrem ſuam &c. dicit glo. Sicut quinq; tempora notantur in procreatione carnali, ita & in ſpirituāli. Primum ergo tēpus eſt conceptionis, ſecondūm eſt in utero alitionis, tertius emolitionis, quartum portationis & lactationis, quarto ablationis: ita & in utero matris Eccleſia, primo coſipimur, dum fidei rudimentis instruimur: inde quafi in utero alimus in iſdem primordijs proficiēt, deinde manibus ecclieſia portamur, & laetiē nutritur, donec iam grādiſculi a laetiē matris accedamus ad mēſam patris. & poſtea ſubditur. Multi vero hūc ordinem peruerterūt, vt hæretici & schismatiſi ſe ante tēpus a laetiē ſeparantes, vnde extinguiuntur: ſed ſeparati a laetiē eſt facilioribus dimiſiſi ad diffiſiliora trāſire. Cū ergo consilia ſunt diffiſiliora quām præcepta, vñ quod pericuло extincionis ſe expont, qui ad consilia accedunt, niſi prius educati in præceptis. præcepta ergo ordinantur ad consilia, & non econuerso.

A ¶ 9 Præt. Greg. dicit ſuper Ezech. quod eſt ex præcepto bonum facere, inchoandum eſt: ſed id quod eſt incipiētum, ordinatur ad id quod perfectionis eſt, & non econuerſo. ergo præcepta ordinantur ad consilia, & non econuerſo.

¶ 10 Præt. Virtus imitatur naturā: ſed natura operatur prius in corpore animalis ea quæ pertinent ad eſſe, ſicut mēbra principalia, quām ea quæ ſunt de bene eſſe. ergo in progredi virtutis priora ſunt præcepta quæ ſunt de eſſe virtutis, quām consilia quæ ſunt de bene eſſe ipius, & ſic idem quod prius.

¶ 11 Præt. Sicur eſt ordi in addiſendo, ita etiam in operando: ſed in addiſendo oportet incipere a faſiliōrib⁹, vt ad diffiſiliora puenatur. ergo in ope‐rando oportet prius implore præcepta quæ ſunt faſiliōra, & ſic tranſire ad consilia.

¶ 12 Præt. Matt. 5, dicitur in gl. quod ſermo diuinus eſt nobis via qua currimus: ſed ſermo diuinus præordinat præcepta consilijs, vt patet Matt. 5.vbi primo ponitur id quod præceptum eſt antiquis, & poſtea ſuperadditur Domino id quod perfectionis eſt. ergo videtur quod obſeruantia præceptorum ſit præordinanda obſeruationi consiliorum.

¶ 13 Præt. Illud quod eſt minimū in aliquo genere, ordinatur ad id quod eſt maximum in genere illo; ſed nihil eſt minus in vita christiana, quām obſerua‐tia præceptorum: nihil autem maius quām obſerua‐tia consiliorum. ergo præcepta ordinantur ad cōſilia.

¶ 14 Præt. Hier. dicit ſuper Matt. Qui præcepta legis implore neglit, perfeſio na implore non potest. ergo oportet q̄ prius aliqui imploreat præcepta quām consilia, & ſic præcepta ordinantur ad consilia.

¶ 15 Præt. Prius eſt a quo nō conuerit, confe‐

reſta eſſendī: ſed a præceptis non conuerit, confe‐

reſta eſſendī ad consilia. non enim ſequitur, ſi ali

quis feruat præcepta, quod feruet consilia. ergo ob‐

ſeruationi præceptorum naturaliter præcedit & ordi‐

natur ad obſeruantiam consiliorum.

SEO CONTRA eſt, quod Aug. dicit in Enchi. Que‐cumq; mandat Deus, ex quibus unum eſt, Nō me‐chaberis: & quecumque non iubentur, ſed ſpirituāli conſilio monentur, ex quibus unum eſt, Bonum eſt homini mulierē non tangere, tunc reſe fiūt, cū referuntur ad diligendum Deū & proximum propter Deum: ſed hec duo cadit ſub præcepto ut patet Matt. 22, ergo consilia ordinantur ad præcepta.

¶ 16 Præt. Illud quod eſt electionis, ordinat ad id qd eſt neceſſitatis, quia elecțio eſt corum quæ ſunt ad ſinem: ſed consilia ſunt electionis, præcepta autem neceſſitatis. ergo consilia ordinantur ad præcepta.

¶ 17 Præt. Illud per quod aliquid plenius perficitur, ordinatur ad illud: ſed per consilia plenius & tuitus conſeruant præcepta. ergo consilia ordinantur ad præcepta.

E R E P O N T : Dicendum, quod præcepta dantur de aſtibus uirtutum. Duplex autem eſt uirtutis aſtus. ſ. interior & exterior, & uterq; aſtus ſub legi præcep‐to cadit, vnde Aug. dicit cōtra Faſtum, q̄ quia Iudei non intelligebat homicidium niſi per interem‐ptionē corporis humani, aperuit Dominus omne iniquum motum ad nocendum fratri in homicidij genere depurari. Similiter eſt tantummodo corpo‐ralem cum ſemina illicitam cohabitationē uocari mēchiam, quā erat in lege prohibita, ſed Dñs de‐monſtravit eſt interiore concupiſcenā ad hoc pertinere. Vnde manifestum eſt q̄ etiam interiores aſtus uirtutum ſub præcepto cadunt. Consilia ergo ordinantur

13. q. 91. art.  
4.c. &c. queſt.  
98. artic. 1.6.  
& 3. q. 48. 40.  
art. 1.6.

### Q VOLIBET. IIII. ARTIC. XXIIII.

ordinantur ad præcepta & fm q̄ sunt de interioribus virtutum actibus, & fm q̄ sunt de exterioribus actibus, sed diuersim ordinantur ad interiores actus virtutum ordinantur sicut in finem. Omnes n. interiores actus virtutum moralium pertinent ad mentis puritatem, vt. si mens hominis a passionibus inordinatis, & ab exteriorum rerum cupiditate sit libera. Et ulterius, omnes virtutes tam morales, q̄ theologicae ordinantur ad dilectionem Dei & proximi: & ad hæc duo omnia consilia ordinantur sicut ad finem, s. ad charitatem Dei & proximi, & ad mentis puritatem: vnde dñs in collationibus patrum. Quicquid nos ad virtutē cordis potest dirigere, tota virtute seculādum est: quicquid autem ab hac retrahit, vt perniciosum & virtutē deuitandum est. Pro hac enim vnfuerſa agimus atq; toleramus, pro hac patria, parentes, dignitates, diuitię, delitiae mudi huic, & voluptas vniuerſa contemnitur, ut. si puritas cordis perpetua retineatur: & postea subdit. Pro hac ieiuniorum inediam, uigilias, labores, corporis nuditatem, lectionem, ceterasq; virtutes debere nos suscipere nouerimus, ut per illas ab uniuersis passionibus noxijs illas preparam cor nostrum, & seruare possimus, & ad perfectionem charitatis istis gradibus imitando confundere. Et hoc idem Aug. dicit de moribus ecclesiæ. Non reiciendis, inquit, generibus ciborum quasi pollutis, sed concupiscentia, & perdonanda, & dilectioni fratribus retinenda iuigilate oīs intētio. & ibidem dñs. Chartas præcipue constituitur, si charitati virtus, charitati sermo, charitati habitus, charitati vultus aptat. Vnde & Apost. I. ad Cor. 7. virginitatis consilium ad hoc ordinandum docet, vt mulier inupta cogiter quæ sunt Dei, quomodo placeat Deo. & Dominus Matt. 19. paupertatis consilium ad hoc ordinari, ut homo Deū sequatur, quod sit per rectitudinem & puritatem interioris affectus. Sic ergo consilia ordinantur sicut in fine ad præcepta, fm quod sunt de interioribus actibus virtutum: sed fm quod sunt de actibus exterioribus, puta, Non occides. Nō furtu facies &c. ordinantur consilia ad p̄cepta non sicut ad finē. Non enim p̄g hoc homo virginitatem seruat, vt ab adulterio abstineat: neque hoc sine aliquis suis abrenuntiat, ut non furetur aliena, cum exteriora opera consiliorum sint maiora q̄ exteriora opera præceptorum: ordinantur tñ ad ea inquantum faciunt etatius & firmius conseruari. Qui n̄ sua dimittit, multo magis abstinet a rapēdis alienis. Vnde & Aug. dicit in 19. li. contra Faustum. Oīa ex Hebræorū lege cōmemorata Dominus commēdauit, ut quicquid ex persona sua insuper loqueretur, uel ad expositionē commendandam valeret, si quid illa obſeruum posuisset, vel ad tuūs conseruandum quod illa voluisset. Et in libro de sermone Domini in monte dicit, q̄ dum sunt illa quæ adduntur ad perfectionē, multo magis sunt illa quæ præmissa sunt ad inchoationem. Sic ergo patet q̄ consilia ordinantur sicut ad finem ad præcepta, prout sunt de interioribus actibus virtutum: sed ad præcepta fm quod sunt de exterioribus actibus ordinantur consilia ad hoc, quod etatius & firmius conseruentur per modum remouentis prohibens, & primum horum est causa fecidi. Firma n. exteriorum actuum obſeruatio causatur ex interiori affectione mentis bene disposita.

AD PRIMVM ergo dicendum, quod secundum quodam diuersum ille mentius est dicens se præcepta obſeruasse, & præcipue quantū ad unū præceptum

F quod ibidem cōmemoratur, pertinens ad interiorē actum. Diliges proximum tuū sicut teipsum. Vnde Origenes dicit super Mattharum. Scriptū est in Evangelio secundum Hebræos, q̄ cum Dominus dixisset ei. Vade, & vende omnia quæ habes, coepit diues scalpere caput suum, & non placuit ei & dixit ad eum Dominus. Quomodo dicas, Feci legem & Prophetas. Scriptum est enim in lege. Diliges proximum tuū sicut teipsum: & ecce multifratres tuū filii Abrahā amīdiū stere mortientes p̄ famē, & domus tua plena est multis bonis, & non egreditur ex ea omnino aliquid ad eos. Impossibile, n. est implere prædictum mandatum, & esse dñs, & maxime habere tantas possessiones. Et hoc idem confirmas per Hieronimū qui dicit super Matth. Menitū adoleſcens. Si. n. quod positum est in mādā, Diliges proximum tuū sicut teipsum, opere compleserit, quomodo postea audiens, Vnde omnia quæ habes, & da pauperibus, tristis abijset? Sed q̄ Chrysostomus, & alij expoſitores dicunt adolescentem illum non fuisse in ētitū, vitrumque saluari potest. Nam hoc præcepit, Diliges proximum tuū sicut teipsum, duplicitate potest obſeruari. Vno modo imperfēcte, vt. si aliquis non faciat contrapromissum, quod non vult sibi fieri, & vi sine detrimēto proximo ſubveniat. Alio modo, vt. ad subueniendum necessitatibus proximorū corporalibus ſe habeat, sicut ad subveniendum necessitatibus propriis. Hoc. n. modo non implerit hoc præceptū, qui cum multis diuitiis habeat, ſibi eas referat permittens proximum egere. Consilia autem ad hoc ordinantur, vt præcepta perfēctūs cultiōdiantur & ideo Dominus obſeruantī præcepta imperfecte, ſuperad dit cōſilia, per qua præcepta p̄fēctūs obſeruentur.

A SECUNDUM dicendum, q̄ perfectio vita in præceptis, ſecundū quod ſunt de interioribus virtutum actibus, conſtituit cōſensualiter: nam charitas est vīcūlum perfectionis, ſicut Apost. dicit ad Coloss. 3. & ideo cum Dominus præcepta charitatis pofuisset Matthæi 5. ſubintigit. Et ore ergo perfēcti. Sed in cōſiliis quæ ſunt de quibzdam exterioribus actibus, conſtituit perfēctio instrumentalis, qua ſhūlūndi di cōſilia ſunt quālī quādam instrumenta, p̄ quā facilius ad perfectionem perueniuntur. Vnde in collationibus patrum dñs. Ieiunia, vigile, meditatio ſcripturarū, nuditas ac priuatio omnium facultatū, nō perfēctio, ſed perfectionis instrumenta ſunt, gaō in ipis cōſiliis discipline illas finis, ſed per illa perueniunt ad finem. Et Aug. dicit in lib. de perfectione iustitiae. Sic audiamus præcepta perfectionis, ne curere negligamus ad perfectionē charitatis. Et Hieronymus super Matth. 5. dicit expōns illud. Ecce nos relinquimus omnia, & ſecuti ſumus te. Quia inquit, non ſufficit tātū relinquere, jungit qđ p̄fectū est. Et ſecuti ſumus te, qđ ergo erit nobis quālī dicere. Fecimus quod iūſſisti, quid ergo dabis p̄mi? Præcepta ergo imperfēcte obſeruata pertinet ad communem iūſſitiam: ſed perfectio vite cōſiliarū in ipa plena obſeruantia præceptorum.

AD TERTIUM dicendum, q̄ aliquid ad finē ordinatur duplicititer. Vno modo vt necessariū ad finem ſit, ne quā ſit eſſe non p̄t, ſicut cibis ad vitā corporis obſeruandā. Alio modo ſicut necſclarū ad finem, ſine quo ad finem nō ita bene perueniunt p̄t, ſicut equus ordinatur ad iter, nō quā fine equo aliquis ire nō poſſit, ſed quia in equo melius vadit. Si militier & cōſilia ordinantur ad præcepta, non quia

sine cōsilijs p̄cepta obseruari nō possint & quātum ad interiores actus & quantum ad exteriores. Nam Abraham qui & coniugio & diuinis vtebat, fuit coram Deo perfectus, secundum illud Gen. 17: Ambula coram me, & es tu perfectus, sed quia per consilia facilius & expeditius ad perfectam p̄ceptorum obseruantiam pertinetur.

**A D Q U A R T U M** dicendum, q̄ Augustinus in verbis illis intendit excludere quorundam dictum, qui credebat virginitatem esse necessariam solum ad etendendum tribulationem corporis, quę in matrimonio sustinetur: obseruatio autem p̄ceptorum est in hoc seculo fiat, non tamen pertinet ad hoc saeculum. sed futuro saeculo coniungit.

**A D Q U I N T U M** dicendum, q̄ p̄cepta pertinent & ad actuam, & contemplatiuam vitam: consilia vero sunt instrumenta contemplatiuam vita. Sed ibi p̄cessit mentio de p̄ceptis ordinantibus ad proximum, quę pertinet ad vitam actuam.

**A D S E X T U M** dicendum, q̄ etiam in ipso exercitio p̄ceptorum contingit inueniri differentiam perfectionis. Vnde non potest dici, q̄ numerus quinq̄, millii pertineat ad p̄cepta, & numerus quatuor millium ad consilia: sed primum pertinet ad imperfectam obseruantiam p̄ceptorum, qualis etiam in seculari vita interdum habetur. Secundum vero pertinet ad perfectam obseruantiam p̄ceptorum, ad quam ordinantur consilia. Nec tamen quia primo Dominus paucis quinque milliis quām quatuor millia, oportet quod aliquis prius exerceatur in vita saeculari, quām trāscat ad religionem, quia etiam religionem intrantes non statim perfectionem adi p̄scuntur, sed ad perfectionem aſsequendā se exercitant, sicut & intrantes scholas logicę, non statim efficiuntur logici, sed ad hoc se exercitant: vnde & religio quādani perfectionis schola est.

**A D S E P T I M U M** dicendum, q̄ exēpla quę tradūtur in euāgeliō, sunt exēpla Christi, quę pertinent non solum ad consilia, sed etiā ad perfectā obseruantiam p̄ceptorum, vnde & ibidem subdit exēpla ut hic. Discite a me, quia misericordia humilis corde.

**A D O C T A V U M** dicendum, q̄ charitas habet multos gradus. Nam primo est charitas incipiens, & postea perficiens, & ultime perfecta: vnde charitas in spirituali vita est principium & finis.

**A D N O N O M U M** dicendum, q̄ obseruantia cōsiliorum est difficilior q̄ obseruatio p̄ceptorum, quātum ad exteriores actus: tamen obseruatio p̄ceptorum perfecta quantum ad interiores actus est longe diffciliior. Difficilis enim est deponere animi cupiditates, quām p̄sitions, & tamen difficultas est obseruare exteriores actus p̄ceptorum sine cōsilijs, quām cum consilijs, sicut ex p̄missis patet.

**A D X .** dicendum, q̄ incipientes sunt sine ordine instruendorum ab alijs, & ideo p̄cepto mouentur ad aliquid faciendum tam in vita saeculari, quām in religione: sed quando iam perficiuntur, operantur ab interiori habitu, quasi ex seip̄s non solum consilia, sed etiam p̄cepta.

**A D x i .** dicendum, q̄ sicut dictum est, charitas & est principium spirituali vita, & finis: & ideo & ipsa p̄cedit inchoata, tamquam de esse existens spirituali vita, & ipsam sequitur rāquām pertinens ad perfectum esse spirituali vita: & tamen ea quę sunt de bene esse, ordinantur ad conseruationem eorum quę sunt de esse rei.

**A D x i i .** est dicendum, quod etiam in disciplinis

p̄ius addiscetur ea per quā alia perfectius intelligūtur, quāmuis illa facilis sit intelligere, vel habere se cōdum cōminūnem modūm: sicut facilis est sci re argumentari eo modo, quo etiam idiota vnde dialectica quadam, quām scire regulas logicę, & tamen men primo addiscunt regulas logicę ad hoc, quod aliquis perfectus argumentari valeat, quām cōmūniter idiota argumentantur. Et similiter facilis est obseruare p̄cepta secundum imperfēctū modūm, q̄ obseruare consilia & tamen qui tendunt ad perfectam p̄ceptorum obseruationem, oportet q̄ incipiāti a consilijs, sicut a quibulq̄ instrumentis.

**A D x i i i .** est dicendum, quod illa quę ibi dominus superaddit, non sunt cōsilia, sed p̄cepta, ut patet ex ipsiis verbis Domini, quę ibi ponuntur. Tum etiam ex expositione Augustini in libro de sermone domini in monte.

**A D x i i i i .** dicendum est, q̄d perfectiora euangelij non solum sunt consilia, sed etiam p̄cepta, ut ex dictis patet.

**A D x i v .** est dicendum, quod illud a quo non convertitur consequentia essendi, est si prius natura quodammodo, non tamen oportet quod semper sit prius tempore. Non n. in angelis vivere praeedit intelligere, quāmuis non omne viues sit intelligēs, quia statim a principio angelī vita perfectam habent, quae est intellectualis. Et similiter qui volunt plenius p̄cepta custodire, statim a principio consilia assumere debēt, licet non omnes obseruantes p̄cepta, obseruent consilia.

Finis quarti quodlibet.

## INCIPIT QVODLIBET

### QVINTVM.

#### QUESTIONE PRIMA.

**Q** UAESITVM est de Deo, & angelis, & hominibus. De Deo quæstum est & quantum ad naturam diuinam, & quantum ad naturam assūptam. Quantum ad naturam diuinam, quæstum est de scientia, & de potentia.

¶ Circa scientiam Dei quæsita sunt duo.

¶ Primò, Vtrum Deus sciat primum instans, in quo potuit creare mundum.

¶ Secundo, Vtrum prædicti a Deo possint demereri.

#### ARTICULUS PRIMUS.

Vtrum Deus sciat primum instans in quo potuit mundum creare.

**A D P R I M U M** sic procedebatur. Viderut φ Dei sciat primum instans, in quo potuit mundum creare. Deus enim potuit creare mundū ante quām creauerit, nō aut potuit creare ipsum in infinitum ante, q̄a sic esset ei coeternus. ergo c̄t dare aliquo dinstans, in quo primo potuit creare mundū: sed Deus sua scientia totū comprehendit, ergo Deus scit primum instans, in quo potuit creare mundum.

S E D